This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Lh
9
478

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.

Lh 9.478




[redacted]

# DE CRUQUII CODICE

## VETUSTISSIMO

SCRIPSIT

(Wilhelm)
RICCARDUS CORNELIUS KUKULA
AEMONENSIS.

VINDOBONAE
APUD C. GEROLDI FILIUM, BIBLIOPOLAM
MDCCCLXXXV.

NOV 16 1886
Salisbury fund.

TYPIS CAROLI GEROLD FILII.

GUILELMO AB HARTEL

CAROLO SCHENKL

PRAECEPTORIBUS SUMME VENERANDIS

GRATO ANIMO

AUCTOR.

onsili
arem,
livina
nanur
enevc
dhuc
bellis
dolei
sden
adra
rpet
od s
iis,
ius
nini
pici
pria
em,
e
a
a
a
e

Litteratur ist das Fragment der Fragmente: das Wenigste dessen, was geschah und gesprochen worden, ward geschrieben; vom Geschriebenen ist das Wenigste übrig geblieben.
*Goethe, Maximen und Reflexionen, IV.*

Initio huius opusculi liceat mihi, quae sit eius origo quodque consilium, paucis explicare. cum enim ante hos decem menses haesitarem, undenam disserendi materiem sumerem, ecce tum casus et divinatio quaedam auctores mihi fuerunt, ut commentariis Cruquianis manum admovere inciperem. atque a magistris meis carissimis benevole incitatus rem ita egi, ut primum relictis fere omnibus, qui adhuc de cruce Cruquiana in lucem prodierunt, virorum doctorum libellis, meo, ut dicitur, Marte totam quaestionis huius naturam et indolem perspicere studerem. verebar nimirum, ne inproviso in eosdem inciderem errores, de quibus Godofredus Hermann ante quadraginta circiter annos haec dictitavit: 'Credendi uberrimus fons perpetua iteratio est, nec quidquam tam falsum aut absurdum invenies, quod semper et ubique auditum non verum esse credatur, praesertim ab iis, quorum mentes vel per aetatem vel per sexum vel per vitae genus ad cogitandum imbecillae sunt. accidit vero etiam litteratis hominibus, ut ea, quibus a puerili aetate adsueuerunt, omni erroris suspicione exclusa pro veris habeant ......' deinde autem cum propriam huius quaestionis rationem iam mihi cognovisse visus essem, maiore cum diligentia virorum doctorum libellos adgressus sum eo consilio, ut certior fierem, quae tandem res ad hunc usque diem accurata egerent interpretatione. neque spes me fefellit, immo quod antea tantum suspicatus eram, id nunc penitus mihi persuasum est: ad Blandinii vetustissimi lectiones constituendas adquiescendum non esse in copiis a superioribus congestis, sed eo opus esse, ut denuo editiones Cruquianae quam diligentissime excutiantur. quod

autem non omnes, in quibus versati sunt, qui ante me de hac re scripserunt, errores quasi cum pulvisculo converrere et singillatim refellere studui, hoc facile condonabis, cum praesertim non disceptandi, sed disserendi munus susceperim. cum uno tantum homine saepius non potui non digladiari, quippe qui totam litem Cruquianam nuperrime sibi tractandam atque dirimendam sumpserit. is est Paulus Hoehn, iuvenis probe doctus, qui dissertatione sua (De codice Blandinio antiquissimo, Ienae 1883. edita) eandem viam ingressuris non paucis in rebus palmam praeripuit. verum tamen non ita ille munere suo functus est, ut, si iterum hanc quaestionem institueris, rem actam agere videaris. qua de causa iam accingam me ad ea, quae de Cruquio eiusque libro vetustissimo observare contigit, explicanda.

Brevitatis causa adponam eorum librorum titulos, ad quos evolvendos lecturos in hac dissertatione vel paucis tantum litteris relegabo vel quos perlegere debebit, quicumque accuratius edoceri voluerit. sunt vero hi:

Dillenburgeri diss. in Muetzellii ann. 1881. p. 321 sqq.

Duentzeri diss. in Fleckeiseni ann. 1856. p. 799. et in Muetzellii ann. XI. p. 927 sqq. ibid. XVIII. p. 876 sqq.

Haeussneri censurae libellorum a Mewesio, Matthia, Hoehnio conscriptorum in Philolog. Rundsch. III. p. 233 sqq. 939 sqq. et IV. p. 430 sqq.

Hirschfelderi Quaestionum Horatianarum Specimen, Berolini 1862; eiusdem diss. in Muetzelli ann. XVIII. p. 571.

Hoehnii diss. De codice Blandinio antiquissimo, Ienae 1883.

Holderi disp. in Herm. XII. p. 501 sqq.

Kelleri Epilegomena, Lipsiae 1879; eiusdem disputationes in Mus. Rhen. XVIII. p. 271 sqq., XIX. p. 634 sqq.

Kiesslingii censura de Kelleri Epilegomenis acta in D. L. Z. 1881. p. 1038.

Kirchneri Novae Quaestiones Horatianae, Lipsiae 1847.

Riccardi Kukulae censura libelli a Mewesio compositi in Philolog. Rundsch. II. p. 1001 sqq.

Lachmanni disp. in ephem. rer. antiq. 1845. no. 61. 62.

Luciani Muelleri commentatio in Fleckeiseni ann. 1862. p. 726 sqq.

Matthiae Quaestionum Blandinianarum capita tria, Hal. Sax. 1882.

Mewesii lib. De codicis Horatiani, qui Blandinius vetustiss. vocatur, natura atque indole, Berolini 1881; eiusdem disp.: Über den Wert des cod. Bland. vet. für die Kritik des Horaz, Berolini 1882.
Muetzellii libellus in eiusdem ann. 1855. p. 850 sqq. et p. 946.
Francisci Pauly diss. Quaestiones Horatianae criticae, Bonnae 1851.
Ritteri comm. in Muetzellii ann. XI. p. 359 sqq. ibid. XIII. p. 75 sqq.
Schweickerti Cruquiana, M.-Gladbach 1879.
Zangemeisteri comm. in Mus. Rh. tom. XIX. p. 321 sqq.

# I.

Primum, ut certa disputationis fundamenta ponamus, quo modo Cruquii editionibus utamur neccesse sit, exponendum est.

Etenim Cruquii editiones extant hae: 'Q. Horatii Flacci Carminum liber IV. ex antiquis. Mss. Codd. cum commentariis Acroni et Porphyrioni adscriptis. Opera Iacobi Cruquii Messenii. Eiusdem in eundem annotationes. Apud Hubert. Goltzium. Brug. Flandr. 1565.' 8. — 'Q. Hor. Fl. Epodon liber, ex antiquissimis septem codicibus manuscriptis, cum commentariis antiquis emendatus cett. Antverpiae, ex offic. Chr. Plantini, 1567.' 8. — 'Q. Hor. Fl. Satyrarum, seu potius Eclogarum, libri II. Ex antiquiss. undecim codd. mss. cum antiquis commentariis cett.' ibid. 1573. 8. — sequitur integra editio s. t. 'Q. Horatius Flaccus, ex antiquissimis undecim lib. m. s. et schedis aliquot emendatus, et plurimis locis cum Commentariis antiquis expurgatus et editus, opera Iacobi Cruquii Messenii apud Bruganos politioris litteraturae professoris publici. Eiusdem in eundem enarrationes, observationes, et variae lectiones, cum aliis quibusdam et indice locupletissimo. Antverpiae, ex officina Christophori Plantini, Architypographi Regii. 1578.' 4. — Quam editionem quae per centum annos insecutae sunt recentiores, non omnes ab ipso Cruquio sunt curatae; nam quae prodiere aa. 1597, 1603, 1611, 1629, 1678, eas omnes post Cruquii mortem institutas esse, iam Suringar (hist. crit. schol. lat. p. 63.) et Pauly (quaest. Hor. cr. p. 1 sq.) recte animadverterunt. ex his autem editionibus, modo commemoratis, Mewes[1]), Ianio (cf. praef. p. 37.) aliisque praecedentibus, editionem, a. 1611. foras datam, — ceteris mirum in modum prorsus neglectis — quasi commentationis suae fundamentum posuit idque hoc modo commendare studuit, ut diceret, 'viros doctos editionem illam ut correctiorem reliquis praeponere consuevisse'. quae quidem verba viro illi docto quasi invito ex ore

---

[1]) Über d. Wert d. Cod. Bland. cett. p. 13.

excidisse putem. nam causam, cur ita esset statuendum, neque ipse addidit neque ego potui indagare; immo cum suscepta de cruce Cruquiana scribendi opera id potissimum Mewes sibi inquirendum proponeret, utrum Cruquius falsarius esset habendus necne, iam adparere credam vel primo obtutu unamquamque ex eis, quae Cruquio superstite prodierunt editiones, accuratissime ei inspiciendam fuisse. at dices: quidnam novi inde cognoscere potuit? primum instituta tali collatione nova quaedam atque incognita adhuc discrimina inter Cruquii ipsius adnotationes investigare potuit, ita ut 'religiosum Batavum' de una eademque re in singulis editionibus diversas saepius observationes, lectiones, sententias nobiscum communicasse manifestum fieret. deinde loci quidam in lucem protrahi potuerunt, ubi Cruquius de una eademque re in aliis aliorum temporum editionibus singulas codicum suorum lectiones modo cum loquacitate quadam protulit, modo silentio eas prorsus praeteriit. denique nonnihil indidem redundare potuit ad Cruquii et loquendi et enarrandi consuetudinem accuratius tandem perspiciendam. quae cum ita sint, quisque, opinor, mihi adsentiatur omnes certe editiones, quas ipse Cruquius typis mandavit, aequo et pari modo respiciendas esse. at etiamsi id concedatur, tamen una quaedam editio integra ceteris melior vel correctior possit existimari. sed talis sententia nullo prorsus nititur fundamento. nam cum Cruquium non diutius quam usque ad anni 1566. mensem Sextilem codices Blandinios in manibus habere potuisse satis constet[2]), atque is ipse disertis verbis conqueratur codices illos igne consumptos esse, priusquam ad edendos omnes Horatii libros accedere potuisset, recte conicias antiquioribus eius editionibus gravissimam auctoritatem esse tribuendam. ac sine dubio iam per se ipsum veri simillimum est Cruquium, quamdiu Blandinii dubitatione quadam interposita semel atque iterum inspici poterant, tamdiu lectiones eorum maiore cum diligentia non solum proferre potuisse, sed etiam proferre coactum fuisse, ne ab aequali quodam per ipsos Blandinios convinceretur neve sua ipsius confessione indueretur atque iugularetur.

Itaque editiones illae omnes ad unam aequo et pari modo sunt respiciendae, neque est, cur seriorem quandam editionem prioribus praeferamus.

---

[2]) cf. Zangemeist. Mus. Rhen. XIX. p. 329.

## II.

Iam Blandinii vetustissimi lectiones collecturi id quoque diligenter inquiramus oportet, quasnam potissimum singularum editionum partes in hac disputatione respiciamus necesse sit. quam quidem quaestionem iam Hoehn nuper fere absolvit.

Cruquius enim unamquamque editionem in partes tres, loco inter se disiunctas, ita dividebat, ut primum poneret ipsa Carmina, deinde sub titulo: 'Commentator' vastam illam scholiorum congeriem sequi iuberet, postremo sub nomine: 'Cruquius' suas ipsius adnotationes velut clausulam apponeret. ac primum quidem, quod ad Horatii verba adtinet, ipsum Cruquium audiamus necesse est; dicit enim in praef. ed. a. 1565. p. 8: '...... librum hunc quartum primum a mendis repurgare sum adnixus, non tantum, ut versus Horatianos, qui nunc fere suae integritati sunt restituti, emacularem, quantum ut commentarios nomine Acronis et Porphyrionis false evulgatos ...... et repurgarem et in lucem emitti curarem'; deinde in 'praefatione ad lectorem benevolum' ed. a. 1578.: 'Ceterum te, amice, monitum volui nostra culpa versus Horatii in tribus Odarum primis ad nostram lectionem non esse emendatos; nam typis praefectus ad exemplar sibi propositum (!) suum satis officium fecit, non etiam ad correctionem nostram, quod fore mihi persuaseram nescius artis typographicae, quam nunc video primum rectam quidem curare ad exemplar praesens characterum positionem, non etiam ad notas interpretationis, quam legere ut laboriosum, ita nimis essent editioni ingrata morae stipendia. quare ut in commune consulerem, curavi initio ea ad manum esse, in quibus praesertim in iam dictis libris Odarum a vulgatis editionibus prope dissentimus'; sequitur index 'Lectionum novarum'. quibus ex verbis manifeste elucet Cruquium a. 1578. iam id sibi proposuisse, ut Horatii verba, quae a. 1565. subsicivis tantum operis emendaturus erat, 'ad suam lectionem' constitueret. attamen deficiebant eum vel vires vel animi adtentio ad propositum illud peragendum. quo factum est, ut, cum priores tres Carminum libros ex Pulmanni editione inmutatos repetiisset[1]), in unoquoque libro permultas relinqueret scripturas, quas ipse inprobavit in commentariis, alias contra non reciperet, quamvis eas probaret et commendaret. cui rei demonstrandae unum alterumve proferam exemplum. C. II 14, 27. adnotat

---

[1]) cf. Zangemeist. l. c. p. 332.

Cruquius: 'superbo, habent omnes lib. scripti sine ulla litura; Lambinum tamen exprimo, veteribus, ut ait, aliquot libris fretum: quod profecto non facerem, nisi viderem eam lectionem satis esse vero consonam', sed in contextu legitur 'superbo'; C. III 3, 53: Cod. Mald. habet mundi, quem secutus sum propter apertam sententiam: reliqui omnes habent mundo, cum vulgatis: quam lectionem non quidem damno, sed propter ellipsin praepositionis aliam malo', in contextu tamen expressum est 'mundo'; Sat. I 3, 65: '*aut tacitum impellat.* sic habent omnes quos legi manuscripti, quare non fui ausus mutare lectionem, praesertim quod in Diu. codice haec adnotata sit interpretatio, impellat ad iram', in Horatii verbis extat: 'aut tacitum appellem'; Ep. I 2, 51: '*domus et res.* sic scriptum est in omnibus codicibus, a quibus non dissentiendum credo', at in contextu legitur: 'domus aut res'. cum alia etiam eius modi exempla non pauca sint in promptu, iam una ex parte demonstravimus, quanta usus sit Cruquius in libris suis conscribendis inertia atque segnitie. neque profecto iam his locis vereri debemus, ne ii, qui Cruquii enarrationes quam dilucidissimas dicere consueverunt, defendendi causa typothetarum errores, ut solent, statuere velint. quid igitur multa? certe in Horatii verbis constituendis maxima cum levitate versatus est Cruquius; nam neque prorsus ad suum iudicium ea recensuit neque fideliter editionis cuiusdam pressit vestigia. itaque textus, qualis apud eum legitur, fere nullum nobis praebet fructum; in una tantum re, de qua paullo infra sermo erit, non ubique est contemnendus[4]).

Deinde corpus illud scholiorum, in quo componendo Cruquius et varios codices et veteres editiones secutus est, nihil prorsus valet ad eam, quam nos tractaturi sumus, quaestionem, cum praesertim quid ipsius Cruquii arbitrio, quid codici antiquissimo debeatur, omnino sit ambiguum[5]).

Qui igitur codicis antiquissimi lectiones a Cruquio prolatas sibi congerendas proposuerit, certe ipsum tantummodo 'Cruquium' excutiat necesse est.

## III.

Itaque statim ad negotium meum codicis V lectiones colligendi adgredi liceret, nisi antea graves quaedam difficultates necessario essent tollendae. atque ex eis, quae paullo supra de diversa edi-

---

[4]) vide p. 44 sq.

[5]) cf. Matth. l. c. p. 29 sqq.

tionum indole et compositione obiter exposui, iam adparere credo, quam vehementer sit optandum, ut accuratissime dispiciamus, qua ratione innixus Cruquius codices suos adhibuerit.

Sed cum primo adspectu non possit intellegi, qui ex uno eodemque fonte diversae ad eundem locum lectiones observationesque hauriri potuerint, nequaquam tamen idcirco Cruquium iam falsarium habere debemus. immo fortasse coniciamus necesse erit Cruquium non modo alios non fallere voluisse, sed, cum ubique lectorem optimo usus consilio edocere vellet, ipsum adeo falsum esse. et qui de hac re caute et iuste iudicare voluerit, is hercle non iam ab initio, ubicumque discrimina quaedam occurrerint, hoc demonstrare studebit, Cruquium consulto alios homines fefellisse, sed ante omnia inquirendum esse censebit, num Cruquius forte fortuna vel invitus sine ulla fraude secum ipse pugnaverit.

Itaque iam statim locos illos, ubi re vera discrimina quaedam inter singulas editiones statui possunt, in medium proferamus[6]:

De loco, qui est C. IIII 1, 10, cum iam Mewes (l. c. p. 8.) copiose atque recte disseruisse videatur, nihil habeo, quod adiciam, nisi famosam ad eundem locum adnotationem ex editione a. 1565. depromptam, quae vel moritura non defuit suo officio:

ed. 1565. p. 17:

'...... Quid multis? Magnis tandem laboribus hoc assecutus sum, Plinium in naturali historia scribere, Cythera, olim Porphyrim nominatam fuisse: continuo in Mela eandem sententiam quum invenirem, sine ullo scrupulo eam dictionem purpureis, ut genuinam et Horatianam, in sua sede statuendam putavi, tantisper dum illa cogeretur, alii suum locum concedere: quod profecto nemo mihi facile persuaserit futurum, nisi velimus Horatium vel ignorasse purpuram, vel nescisse olores esse candidos. Non eo inficias illius

ed. 1578. p. 214:

'...... Quid multis? Hoc assecutus sum, Plinium in naturali historia scribere, Cythera, olim Porphyrim nominatam: protinus in Mela eandem sententiam cum inuenirem, reuersus ad Bland. codices quod antea non observaveram, vidi in τὸ purpur, apertas maculas τοῦ por-

[6]) Ex Cruquiana farragine quinquaginta circiter locos eruere licuit, qui in aliis editionibus aliis verbis concepti extant, ita quidem, ut vel tota sententia sit inmutata vel singulis editionibus inter se collatis aliquid additum vel correctum vel denique deletum inveniatur. ex quorum locorum multitudine, ne lecturos defatigarem, ea, quae ad quaestionem hanc pertractandam nihil prorsus valere videbantur, omisi, veluti Sat. I 2, 29: *quarum subsuta talos*, ibid. 9, 44: *paucorum hominum*, alia.

loco reponi licere Porphyreis (!), vicinitatémque litterarum inter Porphyra, et purpura, non difficulter errori patrocinium inventuram, sed reclamantibus vel antiquissimis codicibus nolui in venerandam antiquitatem saevire temere: quis enim non ad colorem purpureum, sed ad insulam Porphyrim, Veneri sacram, non videat allusisse poetam? ut purpurei olores sint Cytheraei, hoc est, Veneri sacri ......'

phy. quare sine ullo scrupulo τὸ porphyreis, ut genuinam et Horatianam dictionem in sua sede statuendam putavi, allusione ad insulam Porphyrim Veneri sacram, ut sint porphyrei olores, id est, Veneri sacri ......'

cf. Cruquium ad Sat. I 2, 93: '*depugis.* sic habent omnes Bland. codices, in quibus *υ* (= y) fere per u scribitur', et Priscianum I 26, H.: 'tanta est cognatio earum (litterarum), quod invicem inueniuntur pro se positae in quibusdam dictionibus, ut ambo pro *ἄμφω* — purpureum *πορφύριον.*' [7])

Videamus alterum locum, qui extat

Sat. I 1, 108. in ed. 1573. p. 43:

'*nemon' ut auarus.* ...... Hunc autem locum cur ita explicem, ut censeam Horatium in auaritiam ponere cetera vitia, ipsemet mihi auctor est, et interpres ad finem Epistolae li. 2. ad Florum, inquiens, Non es auarus? abi. quid cetera? iam simul isto cum vitio fugere: caret tibi pectus inani ambitione, caret mor-

Sat. I 1, 108. in ed. 1578. p. 304:

'*nemon' ut auarus* ....... Quod autem sint in auaritia cetera fere mala, testatur Horatius ad finem Epistolae lib. 2. ad Florum inquiens: Non es auarus? abi. quid cetera? iam simul isto cum vitio fuge: rite caret tibi pectus inani ambitione, caret mortis formidine, etc. Ita namque legitur

Ep. II 2, 205. in ed. 1578. p. 615:

'*non es auarus? abi. quid cetera?* locus hic varie legitur. praeter duos Bland. omnes quos legi scripti habent, non es auarus? cum interrogationis nota. abi. quid cetera? cum interrogatione. *iam simul isto cum vitio fuge: rite caret,* etc. ....... Sed nec una in omnibus est interpunctio; nam duo Bland. Busl. Nan. Tons. habent, non es auarus? abi. quid cetera? iam simul isto cum vitio fuge: rite caret etc. assertiue ...... duo Bland. quod cetera iam simul isto cum vitio fuge. vulgati nuper habent, non es auarus, sine interrogationis nota, abi. quid cetera? iam simul isto cum

[7]) cf. Hirschf. Quaest. Hor. sp. p. 16.

| | | |
|---|---|---|
| tis formidine, et ira, etc. Ita namque legi debet locus ille ex antiquis codicibus mss. ut ibi dicemus auspice Christo.' | locus ille in scriptis omnibus, quae mihi videre contigit, ut ibi dicemus, auspice Christo ......' | vitio fugere? caret tibi ...... mihi certe vulgata nuper non improbatur ...... verum quia omnia scripta habent, fuge rite caret etc. non libenter ab iis dissentirem ......' |

Huic quoque loco nihil prorsus inest, cur Cruquium falsarii nomine compellemus; nam quod 'ex antiquis codicibus legi debet' non idem est, quod re vera 'legitur' in codicibus.

Eundem in modum ad Sat. II 6, 44. discrimen quoddam, quod intercedit inter singulas editiones, facili negotio explicari et removeri posse, infra demonstrabitur[8]).

Sed longe aliter primo quidem obtutu res se habere videatur, si quis adnotationes ad C. IIII 6, 28. conscriptas in auxilium vocare velit:

| ed. 1565. p. 73 sq.: | ed. 1578. p. 229: | ed. 1578. p. 537. ad Ep. I 6, 62: |
|---|---|---|
| 'Codex Bland. antiquiss. habet *Laetus Agyieu.* quae lectio συλληπτικῶς meo iudicio non inepte huic loco convenit, cum propter ludos saeculareis, tum propter sacra in viis seu villis Apollini celebrata. quae illum quasi commoueant, atque hilaritate perfundant. *Agyieus.* Apollinis Epitheton, quasi viarius, seu villanus: quia in viis, villis et sacris fiebant. Errauit Perottus in dictione Agyieus, legens Agileus, sequutus fortassis, vt multi alii commentarios editos Acronis nomine: cuius erroris occasionem fuisse arbitror, | 'Codex Bland. antiq. habet *laetus Agylleu.* olim cum viris doctissimis pro Agylleus scripsi Agyieus, contra consensum omnium scriptorum codicum, nolens dissentire a tam multis viris doctis, quos itineris litterarii mihi velut ἀνδριάντας quosdam semper veneror: Atqui non adeo nuper incidens forte in haec verba Strabonis lib. 5. In pythii Apollinis templo, Agylleorum nominato, positus est thesaurus: nam quae nunc Caere dicitur, quondam nominabatur Agylla, etc. retro vela dare cogor et cursus iterare relictos, et τὸ Agylleus suo loco reponere, quod eos non improbaturos con- | '*cerite cera* ...... hic quoque propter occasionem praesentem addendum putaui, licet extra ordinem, me cum multis aliis errasse in restituenda ode 6. li. 4. in dictione Agyleu, cuius loco ob dictionis huius igno- |

[8]) vide p. 25 sq.

quod *Agyieus* scribatur diphtongo impropria *yi*, cuius subiunctiva vocalis prae se fert litterae l non paruam similitudinem. Mancinellus fingit Agileus compositum esse ex *ἀγυιὰ καὶ λεῖος*, id est, leuis: pro cuius opinione faceret Epitheton *laetus*, si *Agyleus* apud alios scriptores inueniri posset(!)......'

fido, qui gravioribus occupati id non animadverterunt. Commentator autem tam in contextu quam enarratione potius Acronem et Porphyr. vulgatos, quam antiqua scripta sequitur, quae in contextu omnia consonant, sed in annotationibus Blandinii habent, Agylleus, id est, villanus, quia in villis et vicis Apollo responsa dabat.'

rationem posuimus Agyευ. at hoc quoq. loco docet Strabo antiquam dictionem suo loco non mouendam: scribit enim: In Pythii Apollinis templo cett.'

Quid ergo? — inquiet quidam — nonne iusto iure Cruquius pro falsario est habendus? quasi vero ex uno loco sine manifesta argumentatione iam accusationes et iudicia possint conflari! lentius festinemus oportet. nam primum quidem considerandum est Cruquium non id solum verbum, de quo ipso agendum esse censuit, sed fere ubique compluria eorum, quae cum voce illa artius sunt coniuncta, vel totum versum adferre solitum fuisse. itaque eius modi locis id unum semper respicere debemus, de quonam tandem vocabulo agatur, et quodnam vocabulum ex compluribus iis, quae in lemmate adferuntur, Cruquius codici cuidam adsignare voluerit. infra de hac re plura disputabo, hic autem sufficiet, praecedente Zangemeistero (l. c. p. 337.) iterum confirmare, inter verba ad h. l. in editionibus aa. 1565. et 1578. facta nullam prorsus interesse discrepantiam; nam in priore illa editione verbis: 'Cod. Bland. antiquiss. habet *Laetus Agyieu*' hoc tantum dicere voluit Cruquius, vetustissimum pro 'leuis' vocem 'laetus' exhibuisse, id quod ex verbis sequentibus plane perspicuum est: '......quae illum quasi commoueant atque hilaritate perfundant. iam vero paullo infra de altera voce 'Agyieu' egit lemmate ad id ipsum proposito: 'Agyieus', ita quidem, ut hanc formam retinendam esse censeret 'contra consensum omnium scriptorum codicum, nolens dissentire a tam multis viris doctis'; nihil autem dictitat in illa editione de varia codicum scriptura in voce 'Agyieu', quam deceptus virorum doctorum et auctoritate et unanimi consensu neglectis codicibus falso — ut postea putabat — receperat. cum igitur quaestionem de scriptura 'leuis' vel 'laetus' institutam iam anno 1565. se absolvisse

censeret, de hac re in editione a. 1578. ne verbum quidem fecit. atque incidens forte in verba Strabonis, in editione integra de nomine 'Agyieus' eiusque potissimum scriptura sibi referendum proposuit, inquiens se retro vela dare et cursus iterare relictos coactum esse, quia nimirum per 'alium quoque scriptorem' confirmaretur, neglectam antea vetustissimi scripturam veram esse habendam et genuinam, id quod prius ad Ep. I 6, 62. quasi in transcursu monere non inutile duxerat — ita tamen, ut ex ipsis his verbis duae novae lectiones enasci viderentur, sc. 'Agyleu' (per unicum l) et 'Agyεv' (sine i). sed prior lectio 'Agyleu' nil habet offensionis, quod Cruquius ei quasi lemmatis tantum adtribuit locum, ideoque per illud 'Agyleu' non huius nominis scripturam, sed nomen ipsum indicat; alteram vero lectionem 'Agyieu' eum fraudulenter in 'Agyεv' mutasse nequaquam veri simile est, cum praesertim nemo adfirmare velit, Cruquium inmutando hic illic suas ipsius, quas olim amplectebatur, lectiones alios homines fallere voluisse. quid quod locus insuper extat huic simillimus, ubi nequaquam de vetustissimi lectionibus, sed de Lambini quadam coniectura eundem in modum prorsus diversae referuntur scripturae? leguntur enim ad Sat. II 2, 123. (ed. 1578. p. 428.) haec verba: '*culpa potare magistra.* nullus est ex scriptis codicibus, in quo non offenditur haec lectio. verum quia Lambinus censet legendum *culpa* (ed. 1573.: *cuppa*, ed. 1578. in addendis et corrigendis: *cupa!*) *pot. mag.*, statui apud me non ita discedere ab usitata lectione, ut in vitio ponam, aut eam sic efferre, ut Lambini conatus improbem, qui mihi non parum laudis mereri videntur: certe penes eruditum lectorem esto, utram velit notare.' num igitur quis credat Cruquium Lambinum quoque fraudulenter interpolasse vel omnino hominem quendam tam obtusa animi acie fallaciam alicubi intendisse?

Iam vero nonnullos proferam locos, ubi ipse Cruquius, id quod supra dixi, ratiocinationes quasdam in aliam editionem recepit, in alia eas aut inmutavit aut prorsus delevit. qui quidem loci, sanequam non inutiles ad Cruquii rationes recte aestimandas, ab omnibus, nisi fallor, qui usque ad hoc tempus Cruquii extiterunt aut defensores aut inpugnatores, male neglecti sunt. non accuratius autem de singulis locis exponam, sed plerosque adscripsisse sufficiet, cum in eis res per se iam facile possit intellegi. sunt vero hi:

C. IIII 2, 6. ed. 1565.

'Commentator'.

(plane desunt.)

'Cruquius'. (p. 24.)

'*quum super notas saliere ripas.* hanc lectionem habet codex Blandinius vetustissimus: quam ego ut veram et apertam omnino iudicaui non esse mutandam, etiam si reclamet adnotatio scripta, sed non sine lituris: nam hoc modo cessat ordo vocum perturbatior, inter prouocabulum et id, quod antecedit in antiqua lectione, puta, *Monte decurrens velut amnis imbres quem super notas aluere ripas.* Deinde verbum salio, apte in hac lectione quadrat amni decurrenti cum impetu imbrium suas ripas egredientium.'

C. IIII 2, 6. ed. 1578.

'Commentator'.

'*quem.* supple amnem. *aluere.* supp. imbres, id est, crescere fecerunt aquae pluviae, et ita aluere super notas ripas, quia aluei ripas amnis velut aquis nutritus excesserit.'

'Cruquius'. (p. 217.)

'*quem super notas.* In euulgatis ante annos decem aduotationibus censui legendum ex Blandinio cod. vetustiss. *Cum super notas saliere ripas;* et per tmesin ordinandum hoc modo, Cum imbres, id est, aquae pluuiae super saliere notas ripas, idque ad euitandum vocum ordinem perturbatiorem: verum quia video doctis hoc velut minus proprium non placere, Commentatoremque sequi aliam lectionem, non grauatim mutaui sententiam.'

Epod. 2, 10. ed. 1567.

(desunt.)

Epod. 2, 10. ed. 1578.

'*altas maritat populos.* Quid si *opulos* legamus, quibus mire gaudent vites, ut habet Columella lib. 5. cap. 6. Sed vitem maxime opulus videtur alere, deinde ulmus post etiam fraxinus? hos versus, meo quidem iudicio, Henricus Stephanus apte redegit in ordinem, his continenter subiiciens *inutileisque falce ramos amputans feliciores inserit: aut in reducta valle cett.*'

Epod. 2, 43. ed. 1567.

(desunt.)

Epod. 2, 43. ed. 1578.

'*sacrum vetust.* lege *sacrum et vetust.* ex codice Siluio.'

Epod. 13, 2. ed. 1567

(desunt.)

Epod. 13, 2. ed. 1578.

'*niueisque deducunt.* hic versus in omnibus libris συναρτητῶς legitur, sed paucis abhinc annis aliquot viri doctissimi διαρτητῶς, id est diuisim legerunt et euulgarunt; quod non displicet, etiam si veteres συναρτητῶς, id est, coniunctim legerint. quod et Ode 11. supra monuimus.'

Epod. 12, 1. ed. 1567.

'*Barris.* barris habent tres codices Blandinii, quartus autem habet, bar is, ubi liturae spatium inter duas illas syllabas, bar is, maius erat, quam pro una litterula r. Quod mihi in causa fuit, ut commonerem lectorem, legendumne esset Bardis, potius quam barris, id est, elephantis, quod hic neget Horatius, se esse obesae naris et minime stupidum in foetoribus persentiscendis, quales sunt Bardi homines, obtusi, et, ut scribit Festus, stulti a tarditate ingenii, quod e Graeco dicit trahi, vbi tardi βράδεις nominantur ...... huic etiam lectioni subscribere videtur Commentator, praeter aliam et communem interpretationem, inquiens, hoc ait Horatius, quasi illa taleis debeat quaerere, qui crassi sint et non odorentur. Quod autem nigris dicat, quos elephantos Aethiopicos ob id interpretatur Commentator, hoc epitheton etiam congrue respondet id genus hominibus, qui ut magno sint animi stupore, ita nullo nitore corporis, nulla munditie gaudere solent, sed inordinate effrenes ferri in obuia quaeque, in venerem certe validissimi. unde et Barros amaros cett.'

Epod. 12, 1. ed. 1578.

'*barris.* Barri dici possunt geruli adusti perpetuo Sole valido et succulento corpore, quos ideo nigros vocat, non etiam, ut arbitror, analogia ab elephantis accepta, ut habet Commentator; qui ut magno erant animi stupore, ita nullo nitore corporis, nulla munditie gaudebant, homines plebeii et moribus plane impoliti: unde et barros amaros cett.'

Sat. I 1, 108. ed. 1578.

'*illuc unde abii.* revertitur Horatius ad primum ἐρώ-

Sat. I 1, 108. ed. 1578.

'*illuc unde abii.* Superioribus annis euulgaui Commentarios nostros in hunc locum, sed obscurius (fateor) exposui notram sententiam: Qua gratia Henricus Stephanus vir doctrina in primis excellens nos tacite quidem, sed candide monuit: quo utinam docendi modo docti inter se liberaliter et non maleuola cauillandi lascivia gauderent, multo certe

| | |
|---|---|
| *τημα*, nimirum quaenam vera et indubitata causa esse possit inconstantiae humanae, quam tandem ostendit esse praecipuam auaritiam.' | rectius agerentur omnia: nunc propter Archilochicam illam mordacitatem, quae ferocior saepe est quam deceat humanitatem (taceo Christi professionem), et disciplinae passim male audiunt, quod inflare credantur animos, et harum doctores viris principibus odio sunt et neglectui. Nec me Hercules, immerito: nam qui praecipiunt ea, quae recta sunt, iisne conuenit inique aut dicere aut facere? profecto haec beneuola Stephani significatio effecit, ut et hunc locum et alios, ut postea patebit, pressius examinarem. Quo nomine magnopere me laetor in aere eius esse: quod maiore ut fenore accipiat, velim ab eo, si per occupationes liceat, in aliis quoque locis id fieri, quos minus aptos vel apertos existimabit. Ceterum ut illuc unde abii redeam, haec est in scriptis nostris ante annos aliquot vulgata lectio ......' |
| Sat. I 1, 109. ed. 1573. | Sat. I 1, 109. ed. 1578. |
| (plane desunt.) | '*ac potius lau*. Bland. antiquiss. cod. et Sil. habent *at*.' |
| Sat. I 1, 113. ed. 1573. | Sat. I 1, 113. ed. 1578. |
| (desunt.) | '*locupletior obstet*. sic habet codex Tonsanus sine ulla litura. cuius lectionis mihi auctor est Stephanus, cum ad eius coniecturam diligentius scripta nostra perlego(!); a quo non dissentio.' |
| Sat. II 2, 113. ed. 1573. | Sat. II 2, 113. ed. 1578. |
| (desunt.) | '*latius usum*. Henricus Stephanus legit *lautius*. et hoc rectius, meo iudicio.' |

Quibus ex locis cum nemo fraudem quandam expiscari conabitur, tum satis perspicuum fit, quam verum sit, quod supra dixi de utilitate comparandi inter se omnes editiones ab ipso Cruquio curatas. nam, ut obiter tantum hic rem tangam, si ex locis modo prolatis omnes eos removeris, qui ad hanc ipsam quaestionem non magni videantur momenti, iam adparet ex C. IIII 2, 6. Cruquium cum studio quodam ibi potissimum de Blandiniis rettulisse, ubi eos ad confirmandam suam sententiam in auxilium vocare voluit vel potuit. videlicet a. 1565. vetustissimi lectionem 'quum....

saliere', quam quidem in carminis contextu invenit, 'ut veram et apertam' amplexus est ideoque 'reclamantem adnotationem scriptam' ne typis quidem mandavit; iam vero anno 1578., cum videret 'doctis hoc uelut minus proprium non placere, non gravatim mutat sententiam', recipit 'Commentatoris' scripturam, adponit statim eius adnotationem. id quod fere eundem in modum ad Epod. 12, 1. est factum; hic enim cum a. 1565. cum loquacitate quadam de Blandiniorum rettulisset scripturis, in integra editione de eadem re ne commemoravit quidem Blandinios, quia scilicet 'retro vela dare' coactus erat et, quam antea Blandinio quodam fulcire studuit, coniecturam abicere maluerat.

Noli tamen putare me, hac via progressurum, singulos locos singillatim ponderando omnes difficultates, omnia discrimina explicare atque explanare velle; immo persuasum habeo, si quasi cauto certoque gradu ad eruendas libri vetustissimi lectiones adgredi volumus, necessarium esse, ut non solum hoc diligenter inquiratur, quo modo vel quando Cruquius varias codicum lectiones rettulerit, sed etiam hoc, quo modo sibi ipse eas enotaverit.

Atque ut statim dicam, quod sentio, puto equidem Cruquium eundem in modum, quo Nannius ex universo, qui ei praesto erat, adparatu critico notas suas ad editionis cuiusdam marginem adposuit[9], quadam sui temporis editione Horatii ita usum esse, ut ad eius marginem (vel spatio deficiente in foliis adnexis) ea enotaret, quae ipsi ex arbitrio suo digna esse videbantur memoratu. cui rei confirmandae optimum locum mihi invenisse videor, dico ea, quae ad Sat. II 7, 71 sq.:

*Cum semel effugit, reddit se prava catenis?*
*'Non sum moechus', ais. neque ego hercule fur, ubi vasa* ......

adnotavit Cruquius, ed. 1573. p. 499: '*praua*. malim legere priua, quemadmodum mihi videor (!) legisse in codice Diuaei. *ubi vasa*, Bland. cod. antiquiss. habet visa.' codex Diuaei in quo illud 'priua' Cruquius sibi legisse videbatur, solus et unus ex libris, quibus is utebatur, nobis relictus est; atque hunc librum Matthias nuper praeeuntibus Holdero et Haeussnero iterum summa cum cura et diligentia eo consilio excussit, ut fidem Cruquii examinaret. iam de scriptura 'priua' haec profert Matthias p. 68: 'Diuaei habet *prava*. quamquam a littera, ab inferiore parte paululum oblitterata est, tamen lectio 'prava' plane perspicua est.' num

[9]) cf. Duentzer. in Muetzellii ann. XI. p. 927 sqq. et Matth. diss. p. 6.

igitur hic mala fraude Cruquium usum esse censes? equidem non credo; nam ex his, quae statim sequi iussit: '*ubi vasa.* Bland. cod. antiquiss. habet visa', vel maxime adparet Cruquium hic in margine editionis suae, qua in codicibus conferendis utebatur, semel vel etiam bis sibi adnotasse pro littera a litterulam i scriptam esse, ita tamen, ut eo tempore, quo commentarios suos composuit, iam prorsus nesciret, utrum adnotatio illa ad v. 71. (ad scripturam 'praua') an ad v. 72. (ad scripturam 'vasa') an denique ad utrumque versum sit referenda. conferas etiam Sat. II 3, 300, ubi haec leguntur: '*si vendas omnia pluris.* hanc lectionem inueni in duobus codic. Mart. et Diu. Siluius etiam habet, si, sed cum c littera suprascripta.' Cruquium hic Divaei codicem per errorem posuisse pro Silvio codice veri simillimum est; nam Divaei liber habet: *si vendas omnia pluris;* sed supra 'si' manu recentiore scriptum est atramento nigriore littera c! [10]) denique tribus locis Cruquius e codice Divaei scripturas profert, quae in eo non extabant: Sat. I 10, 59 'qui'; II 5, 38 'fi'; Ep. I 17, 21 'pascis'; quas alii cuidam codici adsignandas fuisse atque per errorem libro Divaei tributas esse iure suspiceris.

Iam vero si recte se habent, quae huc usque disputavimus, statuendum nobis est et omnia discrimina, quae in ipsis Cruquii verbis inesse videntur, et omnes illas dubitationes, quae nobis hic illic moventur, num re vera in libro vetustissimo, quae Cruquius ex eo rettulit, extiterint, facili negotio ex inbecillo interpretis ingenio ita explicari posse, ut ab eo crimen illud voluntariae fraudis penitus amoliri et amovere debeamus. atque qui consideraverit Cruquium certa ac definita codices designandi ratione omnino usum non esse [11]), eumque ex undecim suis codicibus non solum scripturas antiquas, sed etiam correcturas exscripsisse, ita tamen, ut diversarum manuum lectiones numquam fere secerneret [12]), itemque in rasuris et lituris perraro ea, quae primitus scr[illegible]ant, ab eis disiungeret, quae postea erant inlata [13]), — qui t[illegible]co, consideraverit, is profecto intelleget, qui factum sit, ut Cruquius licet optimo consilio in singulis editionibus tam saepe secum ipse pugnaret, ut licet invitus doloque vacuus fallere posset atque non numquam re vera falleret.

[10]) cf. Matth. diss. p. 67.
[11]) vide p. 23.
[12]) cf. p. 41.
[13]) vide p. 31 sqq.

Iam vero, quae supra fusius exposui, omnia paucis sic complectar:

I. Cruquius non potest falsarius haberi. itaque etiamsi argumentis sat dubiis et incertis nitebantur, qui suspicionem in eum inlatam removere studuerunt, Mewes, Hoehn aliique, iure tamen inpugnaverunt Bergkium et Kellerum, qui iniusti extiterunt Cruquii obtrectatores.

II. Cruquius in codicibus conferendis editione quadam usus est ita, ut ad eius marginem (vel in foliis adnexis) ea tantummodo enotaret, quae ipsi ex arbitrio suo vel memoratu digna vel ad crisim in Horatio factitandam utilia esse videbantur; cf. Cruq. ad Ep. II 3 (ed. 1578. p. 639): '...... ab initio operum Horatianorum quicquid in antiquis scriptis et Blandiniis et aliis offendimus lectu scituque utcumque dignum, ad finem usque descripsimus.'

III. Cruquium deficiebant vires ad vastum, quem congesserat, adparatum digerendum singulasque, quas enotaverat, scripturas dignoscendas. itaque, id quod supra vidimus, Sat. II 7, 71 sq. adnotationem, quae ad solum vetustissimum erat referenda, ad codicem quoque Divaei falsissime rettulit. neque hercle fieri potest, quin suspicemur hominem alibi quoque per eundem errorem lapsum esse ita, ut aliorum codicum lectiones aliis codicibus forte fortuna adsignaverit. simul ex loco supra commemorato vidimus Cruquii fidem vel in libri vetustissimi lectionibus ab eo prolatis suspectam esse habendam, quippe qui ne huius quidem libri aliorumque codicum deteriorum scripturas rite inter se distinguere potuerit.

## IIII.

H[illegible]issis iam ad aliam huius dissertationis partem adgredi[illegible] qua codicis Blandinii antiquissimi lectiones, quantum licet, [illegible]gentissime colligere conabor. at dicet quis fortasse: rem actam ag[illegible]deris, quippe cum iam Mewes neque exigua cum diligentia [illegible] eo munere functi sint. attamen utrumque in rebu[illegible]ra[illegible]simis non raro incertum haesisse ex libello meo adparebit. qua de causa operae pretium est de nonnullis eius modi observatiunculis diversi nimirum generis hic fusius disputare.

Ac primum quidem in id inquirere velim, utrum Cruquius commentarios suos ad singulos Horatii libros omnes eundem in

modum confecerit necne, deinde ea, quae iam Matthias, Hoehn aliique de Cruquiana referendi, loquendi, conferendi ratione protulerunt, hic illic corrigere vel etiam augere in animo est.

Qua in re quaeso primum singularum editionum titulos inspicias. editio igitur, quae a. 1565. in lucem prodiit, sic inscribitur: 'Q. Hor. Fl. Carminum liber IV. ex antiquiss. Mss. Codd. cum commentariis Acroni et Porphyrioni adscriptis cett.' quam quidem editionem ita confecit Cruquius, ut solis Blandiniis neque aliis codicibus in Carminibus recensendis inniteretur [14]). paullo post, a. 1567., cum Epodon librum in lucem emisit, iam huic alteri editioni alterum quoque praescripsit titulum: 'Q. Hor. Fl. Epodon liber, ex antiquissimis septem codicibus manuscriptis, cum commentariis antiquis emendatus cett.' denique a. 1573. Saturarum editio foras data est hoc titulo ornata: 'Q. Hor. Fl. Satyrarum, seu potius Eclogarum, libri II. Ex antiquiss. undecim codd. mss. cett.' eundem in modum in illis, quae secutae sunt, editionibus integris curandis undecim codices inspexisse satis habebat Cruquius. qua in re tamen observandum est eum in integris editionibus commentarios suos, ad quartum Carminum librum et Epodon librum olim conscriptos, non ita retractasse, ut hos duos libros eodem modo, quo ceteros, ex undecim denuo codicibus 'repurgaret'; immo repetiit eos ita, ut paucis locis vel accuratius quaedam explicaturus vel defensurus sententias suas vel etiam inpugnaturus adversarios more suo verba quaedam adderet aut inmutaret, unum tantum locum (C. IIII 6, 28: *laetus Agyieu*) plane refingeret eumque ceteris quoque, ut videtur, codicibus inspectis denuo pertractaret: 'olim cum viris doctissimis scripsi, Agyieus, contra consensum omnium scriptorum codicum.' certe nusquam alibi in hoc libro de 'omnibus' refert codicibus vel alios commemorat codices nisi Blandinios, ita ut plane manifestum sit eum in integra editione commentarios istos fere non mutatos repetendos curasse. atque hinc gravissimum Mewesii, Hoehnii aliorumque errorem corrigere possum. cum enim in quarto Carminum libro semper tres tantum codices Blandinii nominentur neque raro antiquissimi potissimum lectiones proponantur, illi iam in hanc opinionem adducti sunt, ut statuerent in uno ex Blandiniis (non tamen in antiquissimo) lacunam fuisse ideoque in hoc libro, quascumque lectiones in tribus Blandiniis inventas esse Cruquius dictitaverat, codici V adsignandas esse. qui

[14]) cf. Zangemeister. l. c. p. 326.

error sine dubio inde enatus est, quod viri docti, ut litem illam Cruquianam dirimerent, tamquam fundamento una tantum integra editione accuratius usi sunt itaque de natura atque indole singularum editionum incerti haerebant. Cruquium enim id egisse, ut in quarto Carminum libro edendo, quem 'posthabitis tribus aliis primum a mendis repurgare est adnixus', Horatii verba subsicivis tantum operis emendaret, iam satis superque me demonstravisse puto. neque minus adparet eum per singulos annos adparatum suum pedetemptim amplificare et studiosius perscrutari studuisse; nimirum terminos, quibus anno 1565. studiorum suorum in Horatio primitias circumscripsit, paullo post transire ausus est ita, ut a. 1578. iam disertis verbis adfirmare posset se contextum quoque Horatianum accurate sibi percensendum proposuisse. his vero rebus consideratis primam illam editionem longe aliter pensemus necesse erit quam ceteras, neque in diiudicanda eius natura et indole oculos sequi debemus, sed rationem. Hoehn certe cum fere totam hanc quaestionem ad calculos arithmeticos revocare vellet, sine dubio rem suam pessime egit. id quidem constat in quarto Carminum libro quattuor Blandinios nusquam, viginti tribus locis tres Blandinios commemoratos esse, neque minus constat in ceteris Horatii libris, qui quartum librum duodecies fere ambitu superant, undetriginta tantum locos inveniri posse, ubi trium Blandiniorum mentio fiat. sed quid inde accedat ad confirmandam Hoehnii opinionem suspicantis, in uno quarto Carminum libro d e f e c i s s e quendam Blandinium, minime adsequor. immo cum Cruquium non solum in artis suae infantia, sed adulescente etiam aetate fere semper 'plurium codicum suorum consensum sequi maluerit', nihil habet miri, quod in quarto Carminum libro, si aliquando textui quoque recensendo operam navare volebat, 'plures' vel, ut rectius dicam, aliquot tantum ex quattuor suis codicibus in medium evocavit. itemque quae Hoehn ex primae editionis praefatione (p. 10.) deprompsit verba argumenti loco habenda non esse quisque concedet. nam Cruquius hoc loco nihil dicit nisi in a d n o t a t i o n i b u s trium Blandiniorum se 'trium commentariorum ternas sententias saepenumero deprehendisse m u t i l a s, t r u n c a s, i n v e r s a s, d e p r a u a t a s, quas hac apposita particula, 'Aliter', consignatas offenderet, ut plerumque ex tribus codicibus tres dictiones in unam sententiam cogere divisas sibi fuerit (sic!) necesse'. qua re ne id quidem aperte dictitat, unum Blandinium in quarto Carminum libro nulla prorsus habuisse scholia, nec quidquam omnino de ipso refert textu. ceterum, si reapse

Blandinius quidam defecisset, tum sine dubio Cruquius disertis verbis hanc rem nobiscum communicasset, profudisset sese in questus flebiles, quod unus ex iis, quos modo 'consequutus' esset, codicibus 'bene vetustis' in hoc ipso deesset Carminum libro, quem primum posthabitis tribus aliis ex solis Blandiniis repurgare vellet. quae cum ita essent, recte statuerunt Muetzell (l. c. p. 876 sq.) et Zangemeister (l. c. p. 326.) in quarto Carminum libro neque Blandinii cuiusdam lacunam statui posse neque licere codici V inponere, quod 'tribus' tantum Blandiniis adtribui possit.

## V.

Itaque iam inproviso fere in mediam eam incidi quaestionem, quam nunc mihi tractandam proposui. Cruquium enim tam vario modo neque raro tam incertis verbis codicum lectiones protulisse notum est, ut quaenam tandem scripturae recte vereque codici V adsignari possint, persaepe effici nequeat. qua de causa nullus dubito, quin iam Hoehn in dissertatione sua rectam viam ingressus sit eo, quod Cruquii verba diligenter ponderare et ex ingenti lectionum Cruquianarum turba eas segregare studuit, quae plane sunt obscurae et incertae. atque utinam tandem omnes hanc legem sibi inponere velint, ut ab nugis proferendis omnino abstineant et probabilia tantum sequantur neque ultra id progredi velint, quod veri simile possit haberi. sed iam supra dixi me in hac quoque re de locis quibusdam, qui nequaquam levioris sunt momenti, longe aliter quam Hoehnium aliosque iudicare. quam ob rem, ne longior sim, primum brevissime ea complectar, in quibus illi adsentior, deinde autem de eis, quae aut minus recte statuisse aut omnino neglexisse videtur, fusius disputabo.

Recte igitur Hoehn p. 8 sqq. eorum reiecit fabellas, qui, ut unum tantum proferamus exemplum, falsissime dictitabant Cruquium nusquam unius Blandinii rettulisse scripturam, nisi ille esset vetustissimus [15]). sine dubio enim Cruquius verbis: 'sic habet unus Bland.' nullo pacto idem significare voluisse putandus est, quod significavit verbis: 'sic habet cod. Bland. vetustiss.'; multisque locis certo certius fit per verba 'unus Bland.' non antiquissimum, sed unum ex reliquis tribus Blandiniis intellegendum esse. attamen idem Hoehn ex paucis eius modi locis, ubi non modo unius Blandinii scripturam, sed etiam alteram quandam lectionem aut in ceteris Blandiniis

[15]) cf. Hirschfelder. p. 23. et Mewes. De cod. Hor. p. 60.

aut in aliis omnibus codicibus servatam esse adnotatur, nihil effici posse putavit. 'Nam si quis', ait, 'Cruquium interdum verbis 'unus Blandinius' quasi compendii loco usum esse contendat pro 'Blandinius vetustissimus solus', refutari forte nequeat.' id quod falsum esse uno exemplo comprobabo eoque nude adscripto, dico adnotationem ad Sat. II 3, 5: '*sobrius.* scriptus codex Qualteri Siluii et unus Bland. habent hanc interpunctionem, ab ipsis Satur. hoc fugisti sobrius. sed Bland. pro τῷ, ergo, habet esto. deinde antiquissimus Bland. pro τῷ ab, habet, at'. itaque non est, cur Cruquium verbis 'unus Bland.' vel 'Bland.' ita usum esse suspicemur, ut iis tamquam compendiis 'vetustissimum' vel 'vetustissimum solum' significaret. immo, qui Cruquii commentarios diligenter perlegerit, ei coniectura ista nequaquam probabilis videbitur. Cruquium enim cum tam saepe de quattuor, tribus, duobus referret Blandiniis, interdum etiam de scripturis unius cuiusdam ex libris illis mentionem fecisse, nihil habet miri. proinde quis est, qui credat Cruquium, hominem sane loquacem, qui sermonis ambagibus delectaretur, in proferendis codicis V lectionibus tam obscurum adhibuisse compendium, ut, cum de 'tribus' modo dixisset 'Blandiniis', vetustissimum Blandinium significaret verbis 'unus Bland.'? talia profecto non poterunt probari, immo prorsus refellentur, si locos respexeris, quales leguntur ad Sat. II 3, 156: '*octo assibus.* tres Bland. codices habent octussibus, quam Linacer expressit lectionem lib. 6. De emend. struct. ...... Codex Tons. habet octussibus. Mart. hoc modo VIII. assibus. vetustissimus Bland. codex habet hanc scripturam,. oct. assibus cett.'; Sat. II 4, 2: '*qualia vincant.* ...... In tribus codicibus Bland. Tons. Diu. Mart. habetur, vincunt, iuxta vulgatam lectionem. In antiquissimo Bland. vincent. in Siluii codice, vincant'; Sat. II 8, 53: '*quam testa marina r.* ...... Ceterum lectorem monitum volui in omnibus scriptis poni, *quod testa marina remittit,* praeterquam in vetustissimo Bland. ubi legitur, *quo testa marina r.* '; Ep. I 10, 9: '*fertis.* sic habent omnes cod. scripti, praeter unum Bland. antiquis. (!) et Diuaei, qui habent, effertis'; Ep. II 1, 168: '*quia res arcessit.* sic habent tres cod. Bland. cum Tons. sed antiquissimus Bland. habet, accessit, cum Mart. Diu. Sil......'; Ep. II 1, 186: '*gaudet.* sic habet cod. Bland. antiquiss. cum Mart. Diu. Sil. tres reliqui Bland. habent, plaudet; unicus (!) autem Tons. habet, plaudit cett.'; alia. — Verum ut iam finem inponam, quod in eis, quae praecedunt, demonstrasse mihi videor, hoc est: Omnibus eius modi locis, ubi scripturae unius cuiusdam Blandinii altera opponitur

lectio vel ceterorum Blandiniorum vel aliorum omnium codicum, nihil aliud conici potest nisi Cruquium hanc alteram lectionem codici vetustissimo adtribuisse.

Quid praeterea de eis lectionibus, quae in quarto Carminum libro tribus tantum Blandiniis adsignantur, statuendum esse videatur, paullo supra demonstravi. verum cum etiam ad ceteros Horatii libros nonnumquam trium Blandiniorum lectiones proponantur, hic mihi id repetere liceat, quod iam Hoehn p. 13 sqq. recte perspexit, nullo pacto expediri posse, utrum Cruquius ibi verbis 'tres Blandinii' antiquissimum sit complexus, an vero eae lectiones codici V tribuendae sint, quae ut a 'trium Blandiniorum' scripturis alienae proferuntur. fortasse cum quadam probabilitate statui potest Cruquium, ubicumque tribus illis Blandiniis vetustissimum quoque includi vellet, id diserte ipsum significasse, veluti C. III 30, 12: '*regnauit populorum*. sic tres Bland. antiquissimus sine ulla litura cum Sil., sed duo alii Bland. per lituram'. ne multa: omnes illi loci dubiae sunt fidei neque ullius in hac quaestione auctoritatis.

Plane eadem ratio est eorum locorum, quibus lectio quaedam duobus Blandiniis vindicatur, velut C. I 1, 35: '*inseres*. sic habent duo Bland. et cod. Carr.'; cf. Ep. II 2, 98: '*lumina prima*. duo Bland. aperte habent, prona. sed antiquiss. per lituram, lumina prima'. his quoque locis recte conicias vetustissimum ibi tantum duobus illis Blandiniis adnumeratum esse, ubi Cruquius ipse hanc rem diserte commemorandam putavit; cf. Ep. II 3, 294: '*praesectum*. sic legunt duo cod. Bland. unus cum antiq.'; C. II 3, 11; ibid. 13, 8 al.

Denique nullus dubito, quin recte Hoehn p. 14 sq. de eis statuerit locis, ubi in 'tertio' vel 'quarto' codice Blandinio lectionem quandam inveniri Cruquius auctor est. profecto omnibus eius modi locis accurate inspectis luce fit clarius Cruquium certa ac definita codices notandi numerandique ratione omnino usum non esse, ita ut illud 'quartus' vel 'tertius' nihil aliud valeat nisi 'unus'; quam ob rem lectionibus tam incertis et dubiis momentum quoddam in hac re tribuendum non est.

## VI.

Iam vero omnia protuli, in quibus Hoehnio adsentiri possum, etsi hic illic cauta quadam reservatione adhibita. sed restant nonnulla, quae aut omnino refellenda sint aut accuratius tractanda.

Ac primum quidem eis locis, ubi duo (C. IIII 1, 20.) vel tres Blandinii (Sat. II 2, 3) nominantur 'vetustissimi', non dubitavit

Hoehn cum Hirschfeldero et Mewesio facere, qui Cruquium his verbis etiam antiquissimum complecti voluisse persuasum habebant. nam ad ineptias ut perducamur futurum esse putavit, si id, quod in antiquissimis Blandiniis legatur, antiquissimo abiudicare velimus. cui quidem opinioni nulla certa ratione stabilitae sat gravia argumenta obversantur. nam non solum ipsum antiquissimum vel duos vel tres Blandinios honorifico illo vetustatis, quod vocamus, epitheto exornavit Cruquius, sed etiam omnes quattuor Blandinios. neque solos Blandinios vocavit 'vetustissimos', sed etiam cunctos hic illic, quos habebat, codices vel unum alterumve ex eis, quibus Blandinios cum auctoritate tum vetustate longe praecellere persuasum habebat. quam rem ut comprobes, iam age quaeso mecum conferas ipsos singularum editionum titulos, veluti 'Q. Hor. Fl. Epodon liber, ex antiquissimis septem codicibus mss. cum commentariis antiquis emendatus cett.', 'Q. Hor. Fl. Satyrarum, seu potius Eclogarum libri II. Ex antiquiss. undecim codd. mss. cett.', adnotationem ad Ep. I 1, 57: '*est animus tibi.* hic versus in cod. Buslid. vetustissimo praeponitur huic, *si quadringentis*; et quidem recte (!)' al. ex quibus exemplis satis superque adparet Cruquium in hac re vulgarem aetatis suae consuetudinem esse secutum ita, ut in commendandis suis lectionibus ante ceteros codicis eius, quem modo sequi volebat, venerandam vetustatem praedicare soleret. sic vel ipse profitetur ad Sat. I 5, 62. (ed. 1578. p. 369.): 'huius loci interpretationem, cum nemo ex neotericis mihi faceret satis, tanta cura et sedulitate perquisiui eruique ex lacunis veterum scriptorum, ut non iniuria eam meis laboribus asscribere mihi integrum fuisset, si non maluissem, hic ab auctoritate veterum locum plus habere momenti, et ponderis ad fidem faciendam, quam ea quae nunc a me vel a doctissimo in argumento simili excogitari possunt. Nam Blandinii codices omnes cett.' neque aliter magnum quoque Bentleium persuadendi causa praeter Blandinios codicem Buslidianum, Tonsanum, Divaei librum plus semel verbis 'optimae notae' vel 'venerandae antiquitatis' insignivisse omnibus notum est. quae cum ita sint, equidem illud 'tres (vel 'duo') cod. Bland. antiquissimi' nil aliud esse statuo, nisi 'tres (vel 'duo') Blandinii.' qua de verborum conformatione iam supra dixi eius modi locis, quid in codice V fuerit, nullo pacto expediri posse [16]).

---

[16]) Prave Hoehn inter eos locos, ubi de duobus Blandiniis 'antiquissimis' sermo fit, hanc rettulit quoque adnotationem ad C. II 13, 8: '*venena Colcha.* sic habent duo cod. Bland. antiquiss. sine ulla litura, alter per litu-

Sed iam pergamus ad graviora. locis haud paucis Cruquius compendio '(cod.) Bland.' promiscue utitur modo pro plurali modo pro singulari numero, ita quidem, ut quinam numerus intellegendus sit, nonnumquam perspici nequeat. conferas quaeso:

C. I 13, 19: '*diuulsus.* diuolsus habent cod. Bland.'; ibid. 25, 5: '*facilis.* sic habent Bland. quos sequor'. [= '(codices) Blandinii'].

C. I 19, 12: '*attinent.* unus cod. Bland. habuit attinet, quod litura indicat'; ibid. III 5, 23: 'cod. Bland. habet clusas, antiquo more.' [='codex Blandinius.']

C. I 3, 36: '*perrupit Acheron.* cod. Bland. Mart. Carr. hic habent, perrupit Acheronta, sine copula que'; ibid. 1, 36, 8: '*non alio.* sed sub eodem. hoc modo inveni in cod. Bland. expressum .....' [='codex' an 'condices Bland.'?]

Locis novissime prolatis non esse dubitandum, quin re vera compendium istud multo saepius pluralem significet numerum, quam singularem, iam facile Hoehnio (p. 16.) concesserim. sed hac re minime iam tota, id quod ille credidit, difficultas tollitur. nam quod indidem statim conclusit omnes lectiones compendio isto significatas Blandinio antiquissimo tribuendas esse, falsissimum est neque ullo pacto probari potest. exoritur enim altera quaestio eaque non parvi momenti: num omnino nota 'codices Blandinii' eandem habeat vim, quam illud 'omnes Blandinii', de quo paullo infra sermo erit. ad quam rem inlustrandam duo proferam exempla locupletissima. etenim primum ad C. I 6, 16. haec adnotavit Cruquius: '*Tydiden.* sic habent tres cod. Bland.', sed paullo infra C. I 15, 28. ad locum modo prolatum his verbis nos relegavit: '*Tydides.* sic scribitur in Bland. vide oden 6. supra.' facile igitur conicias 'Bland.' nihil aliud hoc loco significare nisi 'tres Bland.' deinde ad Sat. II 6, 44. haec adnotata leguntur ed. 1578. p. 488: '...... Ceterum duo Bland. codices habent, *Thraex est Gallina,* ut Festus legit, Thraeces, inquiens, gladiatores a similitudine parmularum Thraciarum ......' at in satirarum editione a. 1573. p. 420. scriptum est: 'ceterum Bland. codices habent, *Thraex est gallina,* cett.', ita ut 'duo' sit omissum. qua difficultate permotus Hoehn in priore editione typothetae errorem statuendum putavit, 'quia quomodo illud 'duo' in alteram editionem irrepserit, intellegi nequeat'. (p. 18.) verum facile id potest intellegi neque est, cur typothetarum statim errores odoremur, ubicumque difficultas quaedam paullo gravior nobis

ram'; quae verba sine dubio ita interpretanda sunt: 'sic habent duo codices Blandinii, antiquissimus sine ulla litura, alter per lituram'.

occurrerit. nam in editione a. 1578. paullo supra ad Sat. I 1, 108., p. 314. haec leguntur: 'Superioribus annis euulgaui Commentarios nostros in hunc locum, sed obscurius (fateor) exposui nostram sententiam: Qua gratia Henricus Stephanus vir doctrina in primis excellens nos tacite quidem, sed candide monuit ...... profecto haec beneuola Stephani significatio effecit, ut et hunc locum et alios, ut postea patebit, pressius examinarem ......' itaque cum a. 1578. totum illum, quem supra protuli locum, accuratius sibi percensendum proposuisset, iam variam codicum lectionem dilucidius explicavit, ipse nobis planissime testatus se verbis 'Bland. codices' non omnes, sed duos tantum significasse Blandinios. quae cum ita sint, eius verba: 'sic habent Bland. cod.' nullo pacto ita nos interpretari posse statuo, ut dicamus: 'So überliefern die Blandinischen Handschriften', sed hoc modo: 'So lesen Blandinische codices' vel: 'So steht in etlichen Blandiniis.' cui rei confirmandae nonnihil momenti inde accedit, quod fere eadem res in alios quoque locos cadit, qui insignem cum illis similitudinem prae se ferre videntur. nam cum non raro lectio quaedam 'scriptis codicibus' tribuatur, quaerendum est, num illud 'scripti codices' idem sit, quod 'omnes scripti codices.' ac vehementer equidem miror, quod Hoehn, cum p. 27. ipse luculentissimo innixus exemplo aperte demonstrasset verbis 'scripti codices' non omnes Cruquii libros intellegendos esse, tum in indicem suum incertas eius modi scripturas sine dubitatione recepit, quasi eae referendae essent ad librum vetustissimum. sed iam ipse velim hanc litem diiudices. ad Sat. II 3, 1. haec adnotata sunt: '...... non procul a fine huius satyrae vulgo legitur, Stoice post damnum sic vendas o. p. ubi scripti codices habent, Stoice post damnum si vendas omnia pl......' sed ad ipsum versum 300. haec proferuntur: '*si vendas omnia pluris.* hanc lectionem inueni in duobus codic. Mart. et Diu. Siluius etiam habet, si, sed cum c littera suprascripta. equidem hanc secutus sum ......' Cruquium igitur priore loco verbis 'scripti codices' non omnes, sed tres tantummodo ex libris suis, Martinium, Divaei codicem, Silvium significasse luce clarius est. deinde, ut alterum quoque addam exemplum, ad C. I 31, 18. haec sunt adiecta: '*ac precor integra.* sic legendum est, ut habent scripti cod. non, at, ut habent vulgati; qui error accidit propter affinitatem litterarum c et t. Quidam scripti habent atque, quod ratio carminis non admittit'. hic quoque Cruquium nota 'scripti cod.' nequaquam 'omnes' libros complexum esse in aperto est. itaque

enuntiatum: 'sic habent codices scripti' hoc modo intellegamus necesse est: 'So überliefern uns geschriebene Horazexemplare', neque vero ita, ut articulo adiecto dicamus: 'So überliefern uns d i e geschriebenen Ex.'

Iam vero tu ipse ex eis, quae modo disputata sunt, recte sine dubio haec conclusisti:

I. Cruquium, cum compendio 'Bland. cod.' promiscue modo pro plurali, modo pro singulari numero usum esse satis constet, nequaquam tamen plurali numero: 'Blandinii codices' idem significare, quod verbis 'omnes (vel 'quattuor') Bland.' qua de causa omnes eius modi locos ad nostram quaestionem expediendam nullius prorsus esse auctoritatis.

II. Haud aliter eos quoque locos, ubi de 'scriptis codicibus' Cruquius rettulit, nauci non esse habendos, cum praesertim nota illa non o m n e s codices, sed q u o s d a m tantum significari manifestum sit.

Sed priusquam ad aliam transeamus quaestionem, monendum esse videtur ex ista Cruquii consuetudine, qua innixus compendio 'cod. Bland.' modo pro plurali, modo pro singulari numero usus est, paucis locis gravem enasci difficultatem. sunt vero hi loci: Epod. 2, 69. '*omnem redegit idibus pecuniam.* sic habent quatuor codices Bland. et Buslidiani duo cum Diuaei ......'; Sat. I 1, 8. '*cita mors.* sic habent 4 codices Bland. Tons. Diu. et Mart.'; ibid. II 2, 83; '*aduexerit.* sic habent 4 cod. Bland. Busl. Nan. Mart. ......'; ibid. 3, 39: 'in 4 cod. Bland. Mart. Tons. et Sil. legitur, angit, in aliis, urget'; Ep. I 16, 40. '*et medicandum.* ...... hanc autem lectionem habent 4 cod. Blandin. Busl. Tons. et Sil. ......' iam vero statim conferas: C. III 12: '......at aliud longe nobis ob oculos ponunt t r e s s c r i p t i c o d i c e s Bland. antiquiss. Maldeg. et Mart. ......'; Sat. II 7, 35. '*furisque.* sic l i b r i s c r i p t i Bland. antiquissimus, Tons. Busl. Sil. ......'; Ep. I 15, 15. '*puteosne perenneis dulcis aquae.* sic habent d u o c o d. Mart. et Bland. antiq.' ibid. 16, 3. '*pomisue an pratis.* ita t r e s c o d. Mart. Sil. et Bland. legunt ......' quos quidem locos si cum eis accurate contuleris, quos paullo ante enumeravimus, iam videbis non posse effici, utrum illud: 'sic habent quatuor cod. Bland. Tons. Diu. et Mart.' idem significet, quod: 'sic habent quatuor Blandinii n e c n o n Tons. Diu Mart.', an idem, quod verba: 'sic habent quatuor codices, dico Blandinium, Tons. Diu. Mart.' cum igitur non possit diiudicari, utrum Cruquius q u a t t u o r Blandiniis an u n i tantum Blandinio [17]) lectiones

---

[17]) cf. p. 21 sq.

illas adsignaverit, luce clarius est eius modi locos nisi cum summa cautione in re critica factitanda adhiberi non posse[18]).

Praeterea quid dicam de tali referendi genere, quale legitur ad C. II 13, 38: 'τὸ laborem, ut habet Lambinus, in nullis scriptis inveni', vel ad Ep. I 5, 6: '*si.* nulla mea scripta habent sin'? nonne pro certo adfirmari potest ex eiusmodi locis veram et certam codicis V scripturam omnino non erui posse? attamen Hoehn utroque loco 'si' et 'laborum', quasi essent certissimae libri V lectiones, in indicem suum recepit. num igitur mehercle putat Cruquium, cum lectiones 'si' et 'laborum' in Carminum contextum tacite recepisset, verbis: 'nulla mea scripta habent sin' idem dictitasse, quod fere verbis: 'omnes codices habent si', vel, quia nullis codicibus scripturam 'laborem' adtribuit, iam ideo 'omnibus' codicibus lectionem adsignasse 'laborum' [19])? similiter se habet res in adnotatione ad Sat. II 3, 245: '*impenso.* omnino existimo, vel reclamantibus codicibus omnibus legendum esse immenso....'; hic quoque ex Cruquii verbis nequaquam redundat reclamantes illos codices omnes 'impenso' exhibuisse, quippe quod nullus praeberet 'immenso.'

Restat denique, ut paucos locos singillatim excutiam, quippe quos Hoehn incuriosius certe et nimis licenter ad codicem V referre voluit. sunt autem hi: Sat. I 7, 20: '*intus procurrunt.* sic habet codex Bland. vetustissimus, cui subscribendum censeo: post multas namq. inter se contumelias, post multa conuicia et maledicta procurrebant foras in conuentum sociorum ad Brutum, ut is causa cognita, litem dirimeret, eosque componeret. Intus autem procurrere, est de loco interiore et secessu aliquo in publicum prodire: in ea significatione τὸ intus Plauto est usitatum, ut in Cistell. dic me orare ut aliquis intus prodeat in Milit. sed ubi ille exierit intus, istic etc. Variant autem hic codices, nam tres Bland. habent, concurrunt, cum Busl. Diu. et Mart. a quibus non dissentit Canterus vir in primis eruditus. at Tons. habet, occurrunt: verum (meo quidem iudicio) legendum est, procurrunt.' Cruquius

---

[18]) cf. indices nostros.

[19]) cf. ipsius Hoehnii verba p. 7: 'Muetzellius errasse mihi videtur suspicatus ex contextu Horatii Cruquiano Blandinii vetustissimi erui posse lectiones, quas Cruquius auctoritate illius codicis non expresse commemorata quasi ex silentio contextui inseruisset. Nam etsi reperiantur in eo lectiones in nulla editione extantes, tamen eas in codice V fuisse nullo modo probari potest.'

inde ab initio huius adnotationis usque ad verba '.... exierit intus, istic etc.' de scriptura 'intus' tantummodo disserit[20]); ex verbis autem sequentibus, quibus varia lectio trium Blandiniorum, Buslidiani, Divaei, Martinii, Tonsani in medium profertur, nihil prorsus elici potest, quod iure ad vetustissimum sit referendum. nam Cruquii verba: 'sic est legendum' nullam habere auctoritatem iam ex adnotationibus variis temporibus ad Sat. I 1, 108[21]) conscriptis satis superque adparuit. — C. I 6, 16: '*Tydiden.* sic habent 3 cod. Bland.'; scripturam 'Tydiden' in V extitisse adfirmari nequit, quippe cum 'tres' Blandinii, non quattuor sint[22]). — Sat. I 10, 1—8: '*nempe incomposito.* Nempe, aduerbium est assentientis.......... ad hunc modum respondet hic Horatius interrogationi tacitae: et more Comico sumit exordium ex abrupta confessione: atque hoc argumento necesse est eos versus assciticios esse, qui in aliquibus manuscriptis codicibus huic Eclogae praepositi leguntur, ut omittam in eis nihil quam simium quendam apparere Horatianum, nam et dictio parum conuenit, et argumentum Satyrae non in Lucilium, sed eius fautores dirigitur. Ad haec quis non aduertat combinationem eorum versuum cum versibus Horatianis plane esse adulterinam? quos lubet hic adscribere ex unico tantum Martinio cod. Lucili, quam sis mendosus........' num versus 1.—8. in V defuerint, ex tam ambiguo referendi modo effici non potest; Cruquius enim cum primum adfirmasset versus illos 'in aliquibus manuscriptis codicibus huic Eclogae praepositos legi', postea ex 'unico tantum Martinio' eos adscripsit, quia sine dubio supersedere posse sibi visus est, de varia 'assciticiorum' illorum versuum lectione fusius disputare[23]). — C. III 14, 22: '*myrrheum.* de unquento myrrheo vide Plin. lib. 12. cap. 15. Bland. omnes habent Mureum.' at Hoehn hoc non credidit, sed in mirificas suas latebras statim se coniecit his verbis usus: „*mureum* per unum r scriptum typothetae error est. Cruquius opponit hoc verbum scripturae *myrrheum*, quae legitur in textu.' sane: sed caveamus necesse est, ne Cruquianam illam omnia passim commutandi

---

20) cf. p. 42 sqq.

21) cf. p. 9 sq.

22) cf. p. 25. — Mewes, De cod. Hor. p. 61.

23) vide Hoehn. p. 43. adn. 44. — fortasse res ita potest explicari, ut Cruquium hos versus propterea adscripsisse statuamus, quod in exemplari, quo utebatur, typis expressi non legebantur.

licentiam ipsi adhibeamus neve ex commodo atque arbitrio nostro in divinationes rapiamur, quae certa ratione stabiliri non possunt.

## VII.

Haec igitur hactenus. quoniam ex omnibus eis, quae huc usque disputavi, id manifesto elucet Cruquium cum in conferendis codicibus mira et nostris temporibus inaudita fuisse levitate, tum ubique nimis incerto et ambiguo dicendi genere usum esse, iam restat, ut ad eos locos accedamus, ex quibus libri vetustissimi lectiones certissime erui posse fere omnes viri docti persuasum habebant.

Sed priusquam huius quaestionis operam suscipiamus, pauca praemittam. cum enim codex Divaei unus et solus ex eis, quibus Cruquius usus est, libris manu scriptis nobis relictus sit, Matthiasque nuper, praeeuntibus Holdero et Haeussnero, eum iterum diligentissime excusserit, iam habemus, unde rationem, quam Cruquius secutus est in codicibus conferendis, inlustrare possimus. ac sine dubio ex ratione, qua ille codicem Divaei excussit, optime colligi potest, quo modo versatus sit in libro V conferendo. nimirum cum, id quod supra demonstravi, pedetemptim adparatum suum criticum amplificare studeret, praeter Blandinios, qui ad crisim in Horatio factitandam novum atque insolitum illis temporibus adiumentum adferebant, aliud insuper repetiit subsidium, quod omnibus notum erat: dico codicem Divaei, qui ei melioris notae et 'bene vetustus' esse videbatur. nam accepto hoc codice editiones suas ita componere coepit, ut cum Blandinios, tum Divaei codicem multo saepius in auxilium vocaret, quam ceteros, qui ei praesto erant, deterioris notae libros. cuius rei luculentissima exempla invenimus in carmine saeculari, ubi praeter Blandinios unus et solus Divaei liber commemoratur, veluti v. 5. '*quo Sibyllini monuere versus.* quatuor codices Bland. habent una cum Diuaei exemplari, quod Sibyllini monuere'; v. 21. '*certus undenos.* ita scriptum inueni in quatuor cod. Bland. et Diuaei'; v. 27. '*seruet.* habent quatuor cod. Blandinii et Diuaei'; vv. 49—51. '*quaeque vos bobus venératur albis etc.* deinde, *impetret bellante prior etc.* hanc lectionem non mutaui, quia in quatuor codicibus eadem erat cum suis annotationibus et Diuaei cod.' al. itaque Matthias (p. 53.) quingentos quinquaginta fere locos ex Cruquiana farragine eruere potuit, in quibus codex Divaei aut diserte commemoratur aut eum significari conicere possumus. nullus igitur ex ceteris libris dete-

rioribus tam saepe in auxilium vocatus est a Cruquio neque ipse liber V saepius multo. quid quod vel ipse Hoehn circiter sexcentos quadraginta tantum locos investigavit, ubi de codice V vel nominatim ageretur vel de eo coniectura statui posset, cum tamen in quarto Carminum libro nusquam Divaei codicem, sed solos Blandinios adhibuisset Cruquius? quae cum ita sint, nonne iure coniciamus necesse est Cruquium codici Divaei maiorem tribuisse auctoritatem, quam Buslidiano, Silvio, Martinio, Nannii libro, Maldeghemiano, Tonsano? nonne, si vel omnes hi libri nobis servati essent, codex tamen Divaei unus et solus pro eo potissimum esset habendus, unde Cruquii ratio vere aestimari posset? certe in universum statuere possumus Cruquium codice Divaei utpote interpolatorum optimo ita usum esse, ut non solum Blandiniorum scripturas Divaei libro saepissime fulciret, sed etiam huius codicis lectiones hic illic Blandiniorum scripturis omnino praeferret; cf. C. I 21, 5: '*coma*. sic habent cod. Mart. Maldeg. Diu. Sil. sed 4 Bland. comam, quod non placet'; Sat. II 7, 71: '*prava*. malim legere priua, quemadmodum mihi videor legisse in codice Diuaei'; Sat. II 3, 208: 'Codex antiquissimus Bland. habet, species alias veris, cum hac adnotatione, contrarias veritati. Codex Diuaei habet, alias veri, sed supra i litteram o posita est, quem secutus sum'; al. itaque quod Hoehn p. 25. est suspicatus, a Cruquio codicem V multo diligentius et accuratius quam librum Divaei collatum esse, non 'valde fit verisimile', sed prorsus probari nequit. immo Cruquius sine dubio codicem V saepius inspexit, quam Divaei librum, neque vero accuratius. nam ex eo, quod Blandinios saepius adiit, nequaquam iam concludi potest eum, cum in ceteris rebus neglegenter se gereret, in conferendis Blandiniis novam indolem induisse et plane alium esse factum. itaque si certas codicis V lectiones eruere velis, ante omnia libri Divaei scripturae a Cruquio enotatae eo consilio examinandae sunt, ut Cruquii rationem et fidem accurate cognoscas.

## VIII.

Sed iam redeamus, unde profecti sumus. quas in antiquissimo Blandinio aut in omnibus vel quattuor Blandiniis Cruquius se legisse adfirmat lectiones, quin recte codici V adsignari possint, primo quidem obtutu nemo dubitabit. attamen hic quoque alia aliarum lectionum condicio est statuenda. nam statim 'in rasuris et lituris' — ut ait Matthias p. 72. — 'numquam fere ea, quae antea scripta

erant, ab iis, quae postea posita sunt, disiunxit, tum saepius res se legisse credidit, quas, si accuratius contemplatus esset, aliter se habere cognovisset'. sic ad C. I 2, 46. haec aduotavit: '*Quirini.* cod. Carr. (= Diuaei) habet, Quirino, sed o, mutatum in i, indicat et superscriptio τὸ Romano, et aperta litura'. iam vero audias ad h. l. Matthiam p. 55: 'Cod. Div.: *quirini*; in primam quidem et duas extremas litteras altera manus nigrius atramentum induxit, sed certissimis vestigiis adparet iam antea scriptum fuisse *quirini*. manus enim altera nigriore atramento saepius locos codicis oblitteratos renovauit. quod autem *populo quirini* interpretatus est aliquis *populo Romano* in Diuaei codice, plane iustum est'. porro ad Sat. I 2, 45 haec proferunt:

| Cruquius ed. 1578. p. 324: | Matthias p. 62: |
|---|---|
| '*ut cuidam t.* Lambini emendationem ex vetustis codic. non possum non amplecti, cum et in codice Tons. τὸ cuidam expresse sit adscriptum, et in codice Diuaei in dictione, ferro, maculata videatur ultima syllaba, atque pro, um, substitutum sit o......' | 'Div.: *ut quidam testes. — caudamque salacem demeteret ferro*; — sed in verbo 'ferro' ad finem nihil erasum est; paululum casu detrita est charta, sed nihil mutatum. nimis ergo acutus Cruquius in rasuris est ibique plura se vidisse credidit, quam vidit'. |

Conferas etiam C. II 1, 1 (Matth. p. 58.), Sat. I 5, 62 (Matth. p. 63.), ibid. 6, 86 (Matth. p. 64.), Sat. II 2, 99:

| Cruquius ed. 1578. p. 427: | Matth. p. 65: |
|---|---|
| '*Trasius.* varie transformatur haec dictio. 4 codices Bland. et Tons. habent Transius. Busl. Traxius, Nan. Traulius, Diuae. Tosius......' | 'Hic Cruquius legens erravit. Divaei habet enim litteram t, superscripto signo litterae r, tum fragmenta litterae a vel u vel n erasae, tum duas syllabas 'sius', ut scriptum fuerit *trasius* vel *trusius* vel *trnsius*. quam autem Cruquius pro o habuit, est littera .p. (= nomen proprium), quae in nominibus propriis superponitur in codice (!)'; |

alia. quae cum ita sint, minime credere possum, fore ut ii, qui codicem V ut optimum librum quam maxime venerantur, mihi ideo irascantur, quod lectiones, quas Cruquius ex 'characterum frustulis comperisse' vel 'ex usu frequenti litteris propemodum deletis' se 'assecutum' esse dicit, non sine maxima suspicione recipere mihi

in animo est. nimirum Cruquii, hominis inertissimi, commentis libri V laudes nequaquam velim augere. quos vero sat dubios et incertos habeo locos, hic adponam: C. I 4, 1. 'ex Blandinio codice antiquissimo non sine magna molestia restitui hanc oden divisis suis modis et numeris a nemine adhuc observatis nec cognitis, quod sciam. quae hunc in modum distinqui et legi debet ......'; ibid. 12, 2. '...... sic habet cod. Bland. antiquissimus, atque etiam *sumes*. Sed nescio quis pro e, secunda vocali maculata conatus est formare i, tertiam vocalem, sed non ita dextre, ut deprehendi nequeat'; ibid. 35, 20. '*liquidumque pl.* Bland. cod. antiquiss. habet expuncto q liuidum'; C. II 3, 1. 'in antiquissimo codice Bland. ex apicibus, lituris et alterius Bland. collatione, in quo scriptum reperi, ad Bellium, facile deprehendi in locum litterae G irrepsisse D propter affinitatem. ita ut pro voce Gellius, hactenus legatur Dellius. Quare vulgatam inscriptionem ad Dellium curaui mutandam in hanc, ad L. Gellium ......;' ibid. 3, 11. '*quid? obliquo la.* sic legitur in duobus Bland. in antiquiss. non sine turpi litura. in altero expresse cum suppositis punctulis sine litura'; ibid. 11, 17. '*Euius.* sic inueni in Bland. vetustiss. sed a sciolo suprapositа nota aspirationis'; C. III 12, 1. '......at longe aliud nobis ob oculos ponunt tres scripti codices, Bland. antiquiss. Maldeg. et Mart. sed hic nostra ope nonnihil adiuti in pedibus ordinandis ......'; ibid. 27, 7. '*ego quid timebo.* variant hic cod. Bland. antiquiss. habet cui, cum litura, et supra notatum, alias quid ......'; C. IIII 4, 48. '*fana deos habuere rectos.* hic in antiquissimo codice Bland. ex usu frequenti litteris propemodum deletis, coniectura vix assecutus sum haec verba cett.'; ibid. 12, 6. '...... in manuscripto codice Bland. vetustissimo ex characterum frustulis comperi ......'; Sat. I 2, 93. '*depugis.* sic habent omnes Bland. codices, in quibus *v* (= y) fere per u scribitur[24])'; ibid. 3, 131. sq. '*clausaque taberna.* ustrina, habet codex antiquiss. Bland. et in ipso carmine subsequenti[25]) erasis characteribus *tonsor erat.* quam ego lectionem non prius vulgatae praeferendam putaui, quam lectorem doctum eius monuissem: mihi certe placet mirabiliter (!) ......'; Sat. II 3, 188. '*nihil ultra quaer. p.* codex Blandinius antiquissimus ostendit aperte pro re, syllaba erasa, supra scriptam

---

[24]) 'depugis' an 'depygis'? cf. C. IIII 1, 10. (p. 8 sq.): 'purpur' — 'porphyr'.

[25]) Cruquius eundem in modum, quo Nannius Misc. IIII 20 vocem 'carmen' pro 'versus' usurpat; cf. etiam adnotat. Cruquii ad Ep. I 11, 24. huius diss. p. 59.

ro, ab inepto aliquo et audaculo castigatore ......'; ibid. 3, 208. '*qui species alias vero scel.* ...... codex antiquissimus Bland. habet, species alias veris, cum hac adnotatione, contrarias veritati ...... equidem Bland. codicis lectionem typis mandari maluissem propter vetustatem, sed S littera maiuscula ademta sequenti dictioni adscripta erat praecedenti', (= *veriS celerisque?* infra de hoc loco plura monebo); ibid. 255. '*cubitale.* sic habent omnes scripti libri, verum in antiquissimo Bland. uidetur e littera esse adiecticia propter eius exilitatem'; ibid. 4, 80. '*veteris creterrae.* sic habet Bland. vetustissimus. quam dictionem sibi incognitam corrupit sciolus quidam, substituens eius loco, *craterae*, a littera pro e scripta atque r erasa'; Ep. I 2, 46. '*quod satis est cui contigit, is nihil.* sic habet codex Bland. vetustissimus, sed per lituram'; Ep. I 7, 22. '*dignis ait esse paratus.* sic habent 4 Bland. cod. cum Busl. sed duo cum litura s litterae manifesta'; Ep. II 2, 98. '*lumina prima.* duo Bland. aperte habent, prona. sed antiquiss. per lituram.'

Omnes eius modi observationes ab ipso Cruquio profectae quin maximam moveant vel pravitatis vel obscuritatis suspicionem, non potest fieri; itaque potius Cruquio has scripturas tribuere licebit, quam codici V praepropere inponere.

Sed quam locis, ubi de vetustissimo vel omnibus Blandiniis agitur, tribuebant auctoritatem, eandem adtulerunt viri docti eis quoque lectionibus, quas ad 'omnes codices' rettulit Cruquius. qua in re cum eis iterum facere nequeo, immo sat gravibus argumentis opinionem istam refelli posse credo.

Etenim Cruquii codices hi sunt: quattuor Blandinii, Buslidianus, Silvius, Martinius, Nannii codex, Carrionis liber (i. q. Divaei vel Zulichemianus), Maldeghemianus, Tonsanus. qui quidem codices, undecim numero, ne uno quidem loco in singulis Cruquii editionibus omnes ad unum nominatim enumerantur, sed nomina eorum ex variis locis conquiramus necesse est. conferas quaeso locos, qui extant ad C. I 7, 15. (*deterget*), ubi Nannii codex et Tonsanus silentio praetereuntur; ibid. 17, 8: '*colubras.* sic habent quatuor Bland. cum Diuaei et Maldeg. Siluiiq. nec mutare volui propter antiquitatem' (desunt Busl. Mart. Nann. Tons.); ibid. 21, 5. (*coma*), quo loco Busl. Nan. Tons. praetermissi sunt; ibid. 35, 39. (*diffingas recusum*), ubi Buslidiani, Nan., Tons., Blandinii — pro dolor! — vetustissimi lectiones desiderantur, alia. quibus exemplis inspectis iam nemini mirum videbitur in omnibus Cruquii editionibus septem

tantummodo locos (Sat. II 3, 282; 7, 113; Ep. I 10, 18; 16, 63; 18, 20; 98; II 2, 80.) investigari posse, ubi decem nominantur codices. quam rem non parvi momenti aestimandam esse censeo, cum iam hac observatione una et sola viros doctos eo adduci debuisse putem, ut Cruquii illud 'omnes codices' maxima cum cautione accipiendum esse neque pro certo adfirmari posse statuerent Cruquium, si quando dixit: 'sic omnes habent codices', iam Blandinium quoque vetustissimum eo loco respexisse vel omnino inspexisse. nam quo modo, quaeso, Cruquius ipse 'omnium codicum' consensum sibi enotavit? me iudice non alio nisi hoc modo, ut una nota ad editionis suae marginem significaret 'omnes' codices eandem exhibere lectionem. hac in re autem maxime est verendum, ne, cum omnium codicum consensum in commune significaret, de singulis codicibus more suo ea neglexerit, quae ipsi ex arbitrio parvi momenti esse videbantur. nam hominem istum ea tantummodo animadvertere atque congerere solitum esse, quae ipsi genuina, antiqua dignaque videbantur memoratu, iam nemo est, qui ignoret. neque desunt exempla, quibus sententia mea quam maxime confirmetur. veluti ad C. II 11, 17. haec adnotavit Cruquius: '*Euius.* sic inveni in Bland. vetustiss............. alii omnes habent, Euhius', — at Divaei habet 'Euchius', quam quidem varietatem, ait Matthias p. 58., Cruquius fortasse ideo omisit, quia in Divaei codice pro h saepe ch scribitur, velut michi, nichil cett.; — C. III 16, 26: '*impiger.* sic habent omnia nost. scripta'; at Divaei cod. 'impier'; — Sat. I 1, 38: '*sapiens.* in hoc consentiunt omnes manuscripti codices. nam moderate uti docet sapientia'; quo loco recte adfirmat Matthias p. 61. hic Cruquium si non neglegentem, at certe minus accuratum fuisse, cum codex Divaei exhibeat a prima manu 'paciens', quamquam illud 'paciens' non primitus est scriptum, sed manu prima correctum ex 'sapiens'. — Sat. II 7, 18: '*quanto constantior iisdem in vitiis.* sic omnes quos legi codices scripti, quos sequimur, praeter Tons., qui consentit lectioni vulgatae'; hic Cruquius sine dubio dicere vult non 'idem', nominandi casum, sed eiusdem pronominis ablativum pluralis in codicibus suis exhiberi; sed cum Divaei 'i.dem' praeberet cum rasura litterae s post i litterulam, silentio praeteriit Divaei librum a prima manu 'isdem', non 'iisdem' exhibuisse. — Ep. II 1, 222: '*reprehendere.* sic in omnibus scriptis legitur'; at lib. Divaei: 'repreendere', al. huc pertinent quoque, quae adnotantur ad C. II 2, 17: '*Phraaten.* alii Phraorten legendum putant: Equidem secutus sum manuscriptos

codices omneis, atque non temere, ut arbitror............ omnes Bland. et alii 4 cod. habent Phrahates per aspirationem in medio: atque eam iudico genuinam lectionem, eo quod barbara sit dictio ........' Cruquius igitur, cum lectioni 'Phraaten' opponeret 'Phraorten', more suo dictitat se in restituendo nomine 'Phraaten' omnium codicum consensum esse secutum, cum tamen paullo infra ipse testetur tres tantum ex libris suis re vera 'Phraaten', longe plures autem 'Phrahaten' exhibuisse. conferas denique Cruquii verba ad Sat. I 3, 63: '*simplicior quis et est.* sic habent omnes scripti manu'; sed Divaei cod: 'simplicior si quis est'. hoc loco Cruquius codicum suorum lectionem opponit scripturae Lambini, qui secundum plerosque veteres codices legere voluit: 'simplicior quis at est'; itaque etsi codex Divaei neque 'et' habebat neque 'at', tamen adfirmavit omnes suos codices exhibere 'et', quippe cum in nullo invenisset 'at'. qua de causa, si quis vel in defendendo Cruquio suum praecipue laborem versari statuerit, ubique tamen modus quidam adhibeatur necesse est. nam factum est insuper, 'ut Cruquius nonnumquam de omnibus codicibus narraret, tametsi non omnes adhibuisset' [26]), quia cum aliquot libros, in primis eos, qui optimi ei videbantur, contulisset, iam in eorum auctoritate tamquam lectione satis stabilita adquiescebat. quam in rem quaeso hos conferas locos: C. I 17, 9; ibid. III 25, 6. '*consilio.* sic omnes manuscripti nostri per s, non per c consonantem', (Div. planissime: 'concilio'); Sat. I 1, 19; 39; 91; ibid. 2, 14. '*quinas hic capiti exsecat.* Exsecat scriptum est in omnibus codicibus', (Div.: 'exigit'); ibid. 3, 96; Sat. II 3, 96; 194. '*putescit.* in hoc verbo nulli codices scripti dissentiunt', (Div. planissime: 'putresit'); 260; Ep. I 2, 23; 18, 56; 111. '*qui donat.* omnes lib. scripti habent, ponit et aufert', (Div. planissime: 'qui donat et aufert'); a. P. 49; 249; 393 al. quibus locis quamquam perspici potest, quanta usus sit Cruquius licentia in adhibendis verbis: 'sic omnes habent codices', tamen Hoehn hac re minime commotus est, immo difficultatem his verbis iam sustulisse sibi visus est: 'Quamquam Cruquium his locis nimis se gessisse neglegenter concedo, tamen etsi non semper, ubi omnium codicum adfert scripturam, omnes contulerit, inter eos, quos inspexit, semper (!) fuisse Blandinium antiquissimum nemo infitiabitur, qui quanti aestimaverit Cruquius hunc librum, secum consideraverit'. iam supra equidem concessi Cruquium eius modi locis librum vetustissimum saepius

---

[26]) vide Hoehn. p. 24.

inspexisse, quam prorsus neglexisse, sed si quis contenderit sine dubio Cruquium semper ibidem Blandinium antiquissimum inspexisse, tale quid non ex iusta inquirendi ratione, sed ex mero arbitrio finxisse credo. num enim adfirmari potest Cruquium eis locis, ubi diserte atque nominatim de codicibus suis longe pluribus mentionem facit, semper antiquissimum in auxilium vocasse? num Cruquius praeceptis artis criticae ita adstrictus fuit, ut eum in rebus, quas ipse in dubio posuit, semper vel saepius tantum 'venerandum' illum librum antiquissimum adiisse statuere liceat? ne igitur multa verba faciam, quae demonstrare volui, haec sunt:

I. Cruquium, ubicumque de 'omnibus' referat codicibus, certe vetustissimum inspexisse probari nequit. nam ante haec tria saecula viri docti longe alia enarrandi ratione utebantur, quam nostris temporibus. neque aliter Lambinus quoque, vir et ingenii acumine et commentandi arte pariter excellens, rem suam egit, cum in lectione aliqua commendanda non raro: 'sic omnes mei' diceret, ubi vix unus alterve ex reliquis codicibus conspirat; id quod iam Bentlei iratus ei obiecit.

II. Si vel his, quae modo proposui, argumentis reiectis contendas Cruquium eius modi locis semper librum antiquissimum contulisse, tamen ubique restat scrupulus, num hanc 'omnium codicum' scripturam ita rettulerit vel potius contexerit, ut quasi pura in luce vetustissimi lectio nobis refulgeat[27]). quapropter omnes eius modi loci incerti sunt neque in quaestione absolvenda respici possunt nisi cum maxima dubitatione.

Ceterum hic quoque locum, qualis legitur ad C. I 9, 14: '*quem fors dierum.* Fors legendum est ex omnibus scriptis antiquis', in ipso statim limine prorsus reiciendum esse satis superque adparet. quem cum Hoehn sine ulla dubitatione in indicem suum recepisset, difficultates, quae huic opinioni oppositae sunt, rursus male neglexit. nam Cruquius verbis: 'sic legendum est ex scriptis antiquis' non idem dictitat, quod his: 'sic legitur in scr. ant.'

In universum autem eos locos, ubi de interpunctione egit Cruquius, nauci non esse habendos adparet ex Sat. I 6, 117; II 1, 83—86; Ep. II 2, 205. aliisque locis, quibus innixus Matthias demonstravit eum interpunctionis signa omnino non intellexisse vel, si mavis, falsissime sibi explicasse[28]).

[27]) vide etiam huius diss. p. 42 sqq.

[28]) Neglegam igitur tales locos, qualis est Sat. II 3, 282: '...... Non autem assentior iis, qui τὸ unum, iungendum ducunt pronomini me, propter ἀκόλουθον et codicum Bland. interpunctionem'.

Denique in rebus orthographicis fere nulla fide dignus est Cruquius; nam tanta fuit in his rebus levitate, ut, cum per singulos annos diversas inter se scribendi rationes amplecteretur, tum vel ipsis codicum suorum lectionibus aliis temporibus aliam inponeret orthographiam. cui rei confirmandae luculentissimum proponam exemplum, quod extat in adnotatione ad Sat. II 4, 44:

| ed. 1573. | ed. 1578. |
|---|---|
| in carminis contextu legitur 'Faecundae leporis.' | in contextu expressum est 'fecundae leporis.' |
| 'Cruquius.' | 'Cruquius.' |
| *Foecundi leporis s. s. ar*...... Antiquissimus codex Bland. una cum Tons. habet *Foecūdae leporis.* quos secutus sum quod foemellae caro, quam maris, succulentior sit: etiamsi physici contendant leporem sexus esse incerti, nunc marem, nunc foeminam......' | '*fecundi leporis s. s. ar*...... Antiquissimus codex Bland. una cum Tons. habet *fecundae leporis.* quos secutus sum quod femellae caro, quam maris, succulentior sit: etiamsi physici contendant leporem sexus esse incerti, nunc marem, nunc feminam......' |

Neque aliter in editionibus suis vetustioribus semper scripsit 'quum', contra in recentioribus ubique 'cum'; ad Sat. II 2, 64. in ed. a. 1573: 'deinde', ait, 'Bland. codices habent, *hac vrget Lupus*', at in ed. a. 1578. scribit Blandinios habere: *hac vrquet lupus*; alia. quae cum ita sint, recte Hoehn p. 18 sq. statuit Cruquium rei orthographicae adeo esse neglegentem, ut, nisi ubi diserte de eius modi rebus disserat, velut de voce 'pinna' (C. IIII 2, 3.), 'fecula' (Sat. II 8, 9.), de scriptura 'Quinctius' (Ep. I 16, 1.) aliis, scribendi rationem, quae olim in codice V extabat, omnino cognoscere non possimus.

Hac re concessa caveas tamen, ne cum eodem Hoehnio in gravissimos incidas errores. nam duo exempla — ait ille — quibus, quanto opere Cruquius neglexerit res orthographicas, inlustretur, praebent eae, quas adtulit lectiones ad Epod. 5, 21: 'Iolchos' et ad Sat. II 7, 17: 'phymum'. has igitur scripturas pravas ut in codice V fuisse concedamus, nos nullo pacto cogi contendit, quia Cruquius, cum 'Iolchos' opponeret scripturae 'Colchos', 'phymum' lectioni 'pyrgum', de orthographia nihil prorsus exposuerit. ac quo modo factum sit, ut Cruquius voces illas tam prave scriberet, facillimum dicit esse perspectu. nam lemmata eum sumpsisse videri e contextu antiquae editionis, cuius textum Horatianum vel non mutatum vel mediocriter correctum in sua editione exprimendum curaret; itaque locis istis

'in codice V fuisse Iolcos et phimum, non Colchos nec pyrgum, nos edoceri, verum quomodo ipsa verba scripta fuerint, etsi summa cum fiducia contendi nequeat (!), tamen quin vera scriptura in eo fuerit, vix debere quemquam dubitare' (!). sed ego hercle putem vix debere quemquam dubitare, quin talis quaerendi colligendique ratio prorsus sit inprobanda. nam nisi totius quaestionis fundamenta pervertere volumus, in universum hoc semper probe tenendum est, ex silentio de codicum Cruquianorum lectionibus nihil prorsus concludi posse. quod autem ad locos illos adtinet, nos ne suspicari quidem possumus codicem V 'Iolcos' et 'phimum' exhibuisse. nam 'Iolcos' in aliis quoque codicibus per ch litteram exaratum legitur, velut in σ, δ (apud Kellerum) et in Pulmanni H ('hiolchos'); pro altera vero voce 'phimum' in vetustissimo extitisse lectionem 'phymum' nequaquam videtur incredibile, cum praesertim ad C. II 12, 13. Cruquius ipse disertis verbis testetur in codice antiquissimo alibi quoque[29]) litteras i et y temere fuisse confusas: '*Lycymniae.* sic cod. Bland. antiquiss. Alii duo Licymniae. sed Diuaei, Maldeg. Mart. Sil. Liciniae'. neque minus erravit Hoehn, quod ad C. II 17, 14: '*Gygas.* sic habent sine ulla litura aut macula omnes lib. scripti' in scriptura 'Gygas' iterum i pro y reponendum esse censuit his verbis (p. 29.): 'Cruquii lemma et ipsa adnotatio praebent formam 'Gygas', qui est merus lapsus ortus fortasse e scriptura 'Gyas' vel receptus ex antiqua editione. in textu Cruquius recte habet 'gigas'. atque id ipsum exhibet Gothanus codex nostro simillimus. etiam ad C. III 4, 69. Cruquius accurate protulit 'gigas'.' at primum Cruquius veram lectionem 'gigas', quam in contextu habet, non codici cuidam, sed editioni Pulmannianae debuit, ex qua 'priores tres Carminum libros non mutatos recudi curavit'[30]). deinde altera tantum Gothani pars, quae Sermones et Epistulas continet, ad vetustissimum proxime accedit, in Carminibus vero Epodisque summa ei cum Turicensi est cognatio, id quod iam olim Kirchner in Nov. Quaestt., Pauly in Quaestt. Horat. et in editionis suae praefatione copiosius exposuerunt. locis igitur supra prolatis codicis Gothani 'similitudo' nequaquam pro argumento venditari potest, cum praesertim vel in altera eaque praestantiore, ut putant, Gothani parte non nullae extent scripturae, prorsus diversae ab eis, quas ex Blandinio vetustissimo adtulit Cruquius. neque tertium argumentum ex

[29]) vide etiam, quibus verbis ipsa adnotatio ad Sat. II 7, 17. sit concepta (huius diss. p. 57.).

[30] cf. Hoehn. p. 7., Zangemeist. l. c. p. 332.

adnotatione ad C. III 4, 69.[31]) petitum habet, quo commendetur. nam quattuor istis adnotationibus: C. II 7, 17; 12, 13; 17, 14; III 4, 69. inter se collatis id unum iusto iure concludi potest in codice V — id quod supra dixi — litteras i et y hic illic temere esse confusas. quid multa? priore loco tres certe ex nostris quoque codicibus, Gemblacensis G et νr (apud Kellerum) exhibent scripturam 'gygas', nullus eam altero loco. neque aliter Lambinus de suis codicibus idem fere rettulit, quod Cruquius de 'omnibus' libris. nam C. II 17, 14. Lambinus legit 'Gyas' contra codices suos, quorum nonnullos habere dicit 'Gyges', plerosque 'Gygas' (!); contra ad C. III 4, 69., ubi iterum 'Gyas' amplectitur, adnotat: 'alii *gyges*, alii *gigas* (!)'. itaque nil est, cur his locis Cruquii verba audacius repurgemus'.

Ad orthographiae denique rationes spectant ii quoque loci, ubi Cruquius adfirmare videtur se in antiquis codicibus accusativos invenisse in 'eis' exeuntes. qua in re, ut solet, obsoletam illam scribendi rationem, quam mirifice adamaverat, codicibus inponit, ita ut duobus tantum locis, C. I 6, 7. ('duplices') et ibid. 8, 15. ( virilis') vera codicis V scriptura erui possit. quibus de locis cum iam Hoehn (p. 19 sq.) recte atque copiose disputaverit, te ad eius libellum relegasse satis habeo.

In universum autem vehementer dolendum est, quod Cruquius cum in aliis, tum in rebus potissimum orthographicis tam multis locis nil certi nobis rettulit; nam si libri antiquissimi orthographiam accuratius cognoscere possemus, indidem nobis expectare liceret, ut quaestio de aetate codicis V iam olim instituta certius tandem solidiusque fundamentum nacta ad exitum posset adduci.

## VIIII.

Iam cum huc usque ex Cruquii commentariis eas eruere studuimus lectiones, quas iusto iure ut incertas et dubias neglegamus necesse est, tum — pro dolor — in tribus insuper rebus Cruquium fere ubique errare potuisse statuendum est, ita tamen, ut singulis locis, utrum re vera erraverit necne, iam effici nequeat.

Primum enim — id quod iam supra demonstravimus — Cruquium deficiebant vires ad discernendum et inlustrandum universum, quem collegerat, adparatum criticum ita quidem, ut, quae erant

[31]) '*centimanus gigas*. sic habent omnia scripta, sed ex scripto Apollodori legendum est Gyas'.

segreganda, hic illic temere confunderet atque alii cuidam codici adsignaret, quod alii deberet. sic, ut unum tantum locum adferam Sat. II 7, 71 sq. suam ipsius notam, qua olim significare voluit, in altero versu 'codicem Blandinium antiquissimum et vetustissimum' pro 'vasa' exhibuisse 'visa', male intellexit eamque ad priorem quoque versum rettulit, mirum in modum adfirmans, in codice Divaei pro 'praua' se 'priua' sibi legisse videri.

Deinde numquam fere diversarum manuum lectiones recte discrevit. veluti ad Sat. I 6, 117. haec leguntur: 'omnes codices habent, astat echinus vilis, etc. Diuaei autem codex hanc interpunctionem, astat echinus, vilis cum patera guttus ......' — sed Divaei liber exhibet: 'adstat echinus; vilis cum patera guttus'; et utramque interpunctionem animadvertit Matthias manu recentiore factam esse nigriore atramento; cf. etiam Sat. I 10, 41; ibid. II 1, 83—86; 3, 213; Ep. II 2, 8: '*imitaberis*. sic habent omnes Bland. Busl. Divae. Sil. atque ita legendum esse censeo' — sed in Divaei codice extat 'imitabitur' idque radendo ex 'imitaberis' factum [32]).

Denique ut interpunctionis signa, ita Graecas litteras et scripturae compendia aut prave intellexit aut omnino non cognita habuit Cruquius; cf. Sat. II 5, 11: '...... porro codex Blandin. antiquissimus habet ad oram paginae characteres ipsa quidem forma Graecos; sed eos assequi cum nequeam, non inutile duxi studiosis perspicacioribus eruendos appingere.....'; deinde C. I 12, 3:

| 'Cruquius': | Matthias, p. 57: |
| --- | --- |
| '*quem Deum*. cod. duo Bland. cum Mart. Mald. et Diu. habent dium. alii Deum,....' | 'Div.: dm̄, hoc est deum, quod eodem modo scriptum est in codice C. IIII 8, 8; 12, 11; Sat. I 8, 3 cett.' |

C. III 7, 4: '*constantis iuuen. fidei*. ...... cod. Bland. cum Maldeg. et Sil. habent fidei. Mart. fide. Diuae. fidi ......' at Divaei liber habet 'fidī' = 'fidei'. — Sat. I 6, 86; ibid. II 4, 48; ibid. II 3, 213:

| 'Cruquius'. | Matthias, p. 66: |
| --- | --- |
| '*purum est vitio tibi cum t.* codex Diu. habet, purum est vitio, vel cum t. e. cor.' | 'At Div.: [stas animo:˜ et vitio purū ē÷ t́ cū tumidū ē cor.] = stas animo:˜ et vitio purum est÷ tibi cum tumidum est cor:˜ verbum 'vitio' super 'purum' manu recentiore nigriore atramento scriptum. plane igitur diversa est vera codicis Div. lectio.' |

[32]) vide Matthiae diss. c. III. p. 64—70.

Quae cum ita sint, fieri non potest, quin fere ubique quasi caeca excruciemur suspicione, metuentes, ne Cruquius per unum alterumve ex variis istis erroribus hic illic ita lapsus sit, ut suo errore nos ipsi in errorem inducamur. ac profecto, si codicem V aeternis iam tenebris traditum in lucem quando proferre possemus, sine dubio liceret cognoscere inter eas, quas congesturi sumus tamquam certas lectiones, tales esse, quales codici V nequaquam erant tribuendae. hoc igitur periculum unusquisque, qui in codicis V scripturis examinandis operam suam collocaturus est, subeat necesse est, nisi forte iam a limine totam illam quaestionem reicere velit. id unum autem semper et ubique spectare non inutile erit, Cruquium ibi tantummodo maiore quadam fide dignum haberi posse, ubi clarissimis et simplicissimis verbis de codicum scripturis exposuit.

## X.

Quoniam igitur certis, ut spero, argumentis innixi farraginem Cruquianam et oculis et animo perlustravimus, iam nihil obstat, quominus eas lectiones, quas neglectis hic illic quibusdam scrupulis codici V adsignare possumus, in uno quasi conspectu ponamus.

Atque hanc rem ita absolvere mihi in animo est, ut tabellam proponam, in cuius priore parte ipsas vetustissimi scripturas adferam, in altera vero parte varia notabo iudicia, quae praestantissimi nostrorum temporum editores de singulis istis fecerunt lectionibus; in Sermonibus et Epistulis etiam Gothani II. lectiones, ut facile conferri possint, diligenter adscribam. hoc denique potissimum animadvertendum est, quas crassiore forma excudendas curavi litteras, de eis solis, etsi lemmatis plura contineantur, Cruquium diserte agere voluisse. nam Cruquius, id quod supra dixi, in codicibus conferendis ea prorsus neglexit, quae ipsi minoris momenti esse videbantur. contexit insuper singulas singulorum codicum scripturas ita, ut ex eis quasi unam efficeret, qua in re tantum id, quod premere volebat, rite respexit. itaque non tantum integra ea vox, de qua in universum agere voluit, ex compluribus, quae in lemmate adferuntur, verbis una et sola in lucem protrahatur necesse est, sed in hac ipsa voce non raro eae tantum litterae respici debent, de quibus disertis verbis in adnotatione exponitur. sed ne obscurior sim, iam unum alterumve eius rei proferam exemplum; C. I 7, 7:

| 'Cruquius': | Matth. p. 56: |
|---|---|
| '*Undique decerptam.* Quos legi codices scriptos, omnes habent, *Undiq. decerptam fronti praeponere oliuam.* Aliqui nuper typis euulgati legunt, *Undique decerptae frondi praeponere oliuam.* Quae lectio sumta est ex emendatione Erasmiana, Glareano teste......' | 'Div.: *undique deceptam* (superscr. *acceptam*) *fronti praeponere olivam.* Quod primo quidem aspectu a Cruquio neglegenter prolatum videtur, sed id tantummodo dicere voluit, codices omnes suos non exhibere 'decerptae frondi'.' |

Cruquius videlicet hoc loco non de 'decerpt.' vel 'decept.' sibi agendum proposuit, sed dicere voluit codices suos non '.......ae ....di', sed '.......am ....ti' praebere. itaque in hac lectione proferenda non integras illas voces, sed ultimas tantummodo earum syllabas significavit. — C. II 2, 17. haec leguntur: '*Phraaten.* alii Phraorten legendum putant ...... omnes Bland. atque alii 4 cod. habent Phrahates per aspirationem in medio ......' Cruquium hic de mediis potissimum nominis Phraatis litteris (...aa..., ...aor..., ...aha...) agere voluisse ex ipso loco satis adparet, atque sine ulla dubitatione Kellero (Epilegg. p. 125.) ego concesserim, prorsus esse in dubio, num re vera '**Ph**rahaten' in vetustissimo extiterit. nam cum codices longe plures (a C M B λ' D' F π' δ' g v nec non Ac. Acr.' Pph. Pf. corr. Porph'.) praebeant 'prahaten', id ipsum ex Cruquii adnotatione nequaquam effici potest, utrum in V reapse '**ph**rahaten' scriptum fuerit an potius illud '**p**rahaten'. vide quae supra (p. 35 sq.) de hoc loco disputavimus.— conferas etiam Sat. I 3, 63. (p. 36.); Ep. I 5, 26: '...... legendumque contra omnia, quae legi scripta, Brutum pro Brutam, quod est in scriptis ......' (at Divaei liber habet 'butram', atque id ipsum exhibet codex quoque Gothanus II; id unum igitur effici potest in V extitisse 'am' pro 'um', neque vero elici potest, utrum scriptum fuerit 'brut[am]' an 'butr[am]'); Ep. I 10, 28: '*potiusque medullis.* sic Diuae. Tons. reliqui, ve,' (quo loco cum codex Divaei planissime habeat scriptum 'propriusque', illud 'potius' merum typographi errorem esse suspicati sunt Keller (Epilegg. p. 641.) et Matthias (p. 70.), sed non iure; nam id unum dicere vult Cruquius, reliquos codices non habere syllabam 'que' adiectam, sed 've'; id quod fere eundem in modum factum est C. I 3, 36., ubi Cruquius codicibus 'Bland. Mart. et Diuaei' lectionem 'perrupit' adtribuit eamque opposuit scripturae 'perrupit**que**', cum tamen in codice Divaei exaratum sit 'prerupit'), alia. — sed si repudiatis ambagibus illam Cruquii barbariem atque inertiam

exemplo quodam generali inlustrare velis, iam fingas quaeso eum quattuor codices: u, v, x, y loco quodam adhibuisse, ubi u vocem 'milia', v scripturam 'tilia', x 'vilia', y 'filia' exhibebat. quo modo igitur Cruquium forte fortuna lectorem benevolum loco illo de codicum suorum scripturis edocuisse statuas, si ipse, ut iam exemplum absolvam, lectionem 'milia' esset amplexus? certe ille moratus non esset, quominus haec fere verba faceret: '*milia.* sic habent lib. scripti u, v, x, y; non, millia'.

Nihil igitur certi eius modi locis profert de tota voce, sed particulam tantum eius accuratius respexisse putandus est, id quod iam Zangemeister l. c. p. 337. ad C. IIII 6, 28. quasi digito adtigit his usus verbis: 'Man muss den für die Benützung des Cruquius geltenden Grundsatz kennen, dass nur der Buchstabe, die Silbe oder das Wort als in seinen Handschriften stehend betrachtet werden darf, von dem er es ganz ausdrücklich sagt, und auf welches er sich ganz speciell bezieht'. neque difficile est perspectu, quo modo factum sit, ut codicum lectiones non raro tam mirum in modum contexeret Cruquius; nam varias scripturas ad exemplaris sui marginem plerumque sibi ita enotavisse videtur, ut eas tantum litteras depingeret, de quibus in primis sibi agendum proposuit, neque vero ex unoquoque codice totas et integras voces singillatim describeret.

Quae cum ita essent, hoc potissimum egi, ut ex indice meo commode tandem perspici posset, quidnam ille singulis locis explanare studuisset. quam rem fere ubique ex ipsius Cruquii verbis facili negotio absolvere potui; paucis tantum locis extrinsecus mihi auxilium erat petendum. nam ubi ex ipsis Cruquii verbis non satis adparet, quam tandem vocem vel quasnam litteras iure codici V tribuamus, ibi carminum textu, qualem exhibuit Cruquius, adhibito aenigma solvi posse credam. nimirum eius modi locis, quibus codicum Cruquianorum lectio ab ea, quae in contextu invenitur, discrepat, alteram ille scripturam alteri opposuisse videtur; cum enim Horatii textum non prorsus ad suum correxerit iudicium, sed plerumque ex editione quadam sui temporis repetendum curaverit, iam recte concludas, in textu Cruquiano non raro vulgatae cuiusdam lectionis vestigia resedisse. sic Sat. I 6, 29. haec leguntur: '*quis homo est hic? quo pat. n.* sic habent omnes manuscripti. fingit populum invidiose inquirere in genus eius, qui factus est magistratus'; at in textu legimus: 'quis homo hic est?. quo patre natus?', itaque hic de sola verborum positione agitur. Ep. I 2, 51:

'*domus et res.* sic scriptum est in omnibus codicibus, a quibus non dissentiendum credo'; at in contextu: 'domus aut res'; 'et' igitur opponitur lectioni 'aut'. Ep. I 11, 20: '*dum licet ac vultum.* sic habent omnia nostra scripta et rectius quam vulgati cod. propter *τὸ κακοφῶνον*'; atque in contextu reapse '*τὸ κακόφωνον*' legitur hoc modo: 'dum licet et vultum'; itaque voculae 'et' opponitur 'ac' et de his tantum vocibus disseri manifestum est.

Sed haec hactenus: pergamus tandem ad indicem conficiendum. qua in re primum incertis lectionibus omnibus neglectis eas adferam scripturas, quas aperte aut in antiquissimo Blandinio aut in omnibus vel quattuor Blandiniis se legisse adfirmat Cruquius:

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B.[33] | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Carm. | | vide, quae supra (p. | | | | | | |
| I 1, 7 | **mobilium** | 39. fin.) monuimus. | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 3, 19 | **turbidum** | | + | + | + | + | —? | |
| I 3, 37 | **ardui** est | | + | — | — | — | + | |
| I 7, 13 | **Tiburni** | | + | + | + | + | + | |
| I 7, 15 | **deterget** | | + | + | + | + | + | |
| I 8, 15 | **virilis** | | + | + | + | + | + | |
| I 12, 3 | **recinet** | | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 12, 13 | **parentis** | | +? | + | + | + | + | I. II. |
| I 15, 2 | **Helenam** | | — | — | — | — | — | |
| I 15, 20 | crinis (crines?) | | + | — | + | + | — | |
| I 17, 8 | colubras | | + | + | + | + | + | |

[33]) Contuli editiones Bentleii (ed. III. a Zangemeistero cur. Berolini 1859. — 'B.'), Luc. Muelleri (ed. II. Lipsiae 1879. — 'M.'), M. Hauptii (ed. II. Lipsiae 1861. — 'H.'), eiusdem libri editionem IIII. (a Vahleno cur. Lipsiae 1881. — 'V.'), editionem Kelleri et Holderi (Lipsiae 1864—69.) nec non Kelleri 'Epilegomena' ('K.')

\+ significat, editorem vetustissimi lectionem probandam censuisse.
— „ editorem codicis V scripturam reiecisse.
+? „ editori scrupulum resedisse, utrum codicem V sequi deberet necne.
—? „ editori parum constitisse, num iure libri V scriptura reicienda esset.
⊙ „ scripturam in solo V vel in paucissimis insuper codicibus exhiberi.

Eis denique locis, ubi ipsa lemmata numeris suprascriptis uncis inclusimus, significare voluimus Cruquium non de verborum scripturis, sed de vocum tantummodo positione egisse.

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I 18, 5 | crepat | | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 21, 5 | com**am** | | + | — | — | — | — | |
| I 22, 2 | Mauri**s** | | + | + | + | + | + | |
| I 22, 11 | expediti**s** | | — | + | + | + | + | |
| I 22, 14 | Daunia**s** | | --? | + | + | + | + | I. II. |
| I 27, 19 | labora**bas** | | — | — | + | + | + | |
| I 28, 19 | densentur | | + | + | + | + | + | |
| I 35, 17 | s**e**rua | | — | + | — | + | — | I. II. |
| II 2, 17 | Phr**aha**ten | | — | + | + | + | — | |
| II 12, 2 | **durum** | | + | — | + | + | + | |
| II 12, 12 | min**aci**um | | + | + | + | + | + | |
| II 12, 13 | Lycy**m**niae | | — | — | — | — | — | |
| II 13, 8 | Col**cha** | | + | + | + | + | + | I. II. |
| III 2, 24 | p**i**nna | | — | + | — | — | + | |
| III 3, 1 | (vide infra.) | | | | | | | |
| III 3, 10 | enisus | | + | + | + | + | + | I. II. |
| III 4, 15 | Ba**n**tinos | | + | + | + | + | + | |
| III 5, 10 | **et** nominis **et** togae | | + | + | + | + | + | III. |
| III 12, 15 | a**rt**o | | + | + | + | + | + | III. |
| III 14, 11 | **o**minatis | | — | — | — | — | +(!) | I. |
| III 14, 22 | m**u**r**e**um | | — | — | — | — | — | |
| ⊙ III **19, 24** | habil**i** | | — | — | — | — | — | |
| III 23, 2 | Phidy**l**e | | + | + | + | + | + | |
| III 24, 4 | **publ**icum | | — | + | + | + | — | I. |
| III 27, 48 | monstri | | + | + | + | + | + | II. III. |
| III 27, 57 | Europ**ae** | | — | — | — | — | — | |
| III 30, 12 | regna**uit** | | + | + | + | + | + | I. II. |
| IIII 1, 22 | lyr**a**que et Berecynt(h)**ia** | | + | — | + | + | — | |
| IIII 2, 6 | qu**u**m (cum?)... saliere | | — | — | — | — | — | III. |
| IIII 2, 23 | **e**ducit | | + | + | + | + | + | III. |
| IIII 4, 73 | perfici**un**t | | + | + | + | + | — | |
| IIII 4, 76 | per͡acuta | | — | — | — | — | — | |
| IIII 5, 34 | d**e**fuso | | + | — | + | + | + | I. III. |
| ⊙ IIII **6, 21** | flexus | | + | + | + | + | — | |
| ⊙ IIII **6, 28** | laetus Agylleu | | — | — | — | — | — | |
| IIII 7, 15 | pater | | + | + | + | + | — | III. |

**'Cruquius'**: **Carm. I 1, 7.** '*Hunc, si mobilium.* sic habent 4 cod. Blandinii. reliqui,' nobilium'. — **3, 19.** '*turgidum.* Bland. cod. omnes habent, turbidum, cum Mart. et Carr......' — **3, 37.** '*Nil. mortal. ar.* ...... 4 Bland. habent, nil mort. ardui est;' (in contextu: 'arduum est.') — **7, 13.** '*Tiburni luc.* sic habent 4 codices Blandinii. ex quibus propter antiquitatem restituendus est Virg. cum Seruio 7. Aeneid. Fratris Tiburni ...... Et Solinus cap. 8. ubi habet, Catillus ...... treis liberos in Italia procreavit, Tiburnum (corrupte pro Tiburum) ...... Item Plin. lib. 16. cap. 44. ubi Tiburto conditore, pro Tiburno positum est. (cf. ed. 1578: 'Addenda et Corrigenda.') — **7, 15.** '*deterget.* Sic omnes Bland. Carr. Mald. Sil. Busl. sed Mart. habet, detergit......' — **8, 15.** '*virilis cultus.* ...... cod. Bland. antiquiss. habet expresse supra notatum, virileis esse accusatiui casus ......' — **12, 3.** '*recinet.* sic habet cod. Bland. antiquissimus, atque etiam, *sumes.* sed nescio quis pro e, secunda vocali maculata conatus est formare i, tertiam vocalem, sed non ita dextre, ut deprehendi nequeat. alii habent sumis, et recinit.' vide p. 33. — **12, 13.** '*parentis laudibus.* sic habet cod. Bland. vetustiss. reliqui omnes parentum ...... in antiquissimo Bland. ad marginem quoque adscriptum est, vel parentum, qua gratia non parum miror expunctam non esse genuinam lectionem, parentis.' — **15, 2.** '*Helenam.* sic habent cod. Maldeg. Mart. et antiquiss. Bland. alii habent, Helenen ......' — **15, 20.** '*crineis.* ...... scribit Lamb. in cod. Tornes. se inuenisse cultus adulteros. Ego quoque in duobus cod. Bland. et Maldeg. eam vocem inueni; sed reliqui cum antiquiss. Bland. habent, crineis, quibus assentior, propter caesariem pexam, ......' — **17, 8.** '*colubras.* Sic habent 4 Bland. cum Diuaei et Maldeg. Siluiiq. nec mutare volui propter antiquitatem;' (in contextu: 'colubros'.) — **18, 5.** '. .... vox *crepat,* quae sine ullis lituris est integra in 4 Bland. ......' — **21, 5.** '*coma.* sic habent cod. Mart. Maldeg. Diu. Sil. sed 4 Bland. comam ......' — **22, 2.** '*Mauris iaculis.* sic habent 4 Bland. et Diu. et ea genuina lectio est, Mauris pro Mauritanis ......' — **22, 11.** '*expeditis.* sic habent 4 Bland. alii vero, expeditus ......' — **22, 14.** '*Daunia.* Daunias habent 4 cod. Bland. ......' — **27, 19.** '*quanta labo.* ...... cod. Bland. vetustiss. cum Maldegh. et alio Blandinio habent, laborabas ...... alii fere omnes habent laboras ......' — **28, 19.** '....... densentur habent 4 cod. Bland. ......' — **35, 17.** '*Necessitas.* ...... Ceterum 4 Bland. Diuae. et Sil. habent serua Necessitas, sed cam reiectat Lamb. at Bland. codicum vetustas non nihil me nutare facit, quorum adnotationes hic uno consensu de seruitute loquuntur ......' (in cont: 'saeua'). — **Carm. II 2, 17.** '*Phraaten.*' cf. huius diss. p. 35 sq., 43. — **12, 2.** '*dirum Annib.* Bland. 4, Sil. Maldeg. Diuaei lib. habent durum. unus Mart. dirum'. — **12, 12.** *minacium.* sic habent cod. Bland. omnes ...... Mart. Maldeg. Diuaei habent, minantium'. — **12, 13.** '*Lycymniae.* sic cod. Bland. antiquiss. Alii duo Licymniae. sed Diuaei, Maldeg. Mart. Sil. Liciniae ......' — **13, 8.** '*venena Colcha.* sic habent duo cod. Bland. antiquiss. sine ulla litura, alter per lituram ...... quare sic legendum iudico. at non improbo tamen Colchica ......' — **Carm. III 2, 24.** '*penna.* pinna habet Bland. antiquiss.' — **3, 1.** '...... In antiquiss. cod. Bland. haec Ode nec inscriptione, nec litteris maiusculis a praecedente separata est seiunctaque ......' — **3, 10.** '*enisus.* variant hic scripta: quaedam inuisus, alia innixus. antiquiss. Bland. cum quatuor aliis habet. enisus, quem secutus sum ......' — **4, 15.** *Bantinos.* sic habent Bland. omnes et Diuae. sed Maldeg. Bathinos. Mart. Balthinos ......' — **5, 10.** '*et nominis et*

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| IIII 7, 17 | vitae | | — | — | — | — | — | III. |
| IIII 8, 9 | nec | | + | + | + | + | — | |
| IIII 9, 52 | perire | | + | + | + | + | + | I. III. |
| IIII 12, 23 | tinquere | | + | — | + | + | + | III. |
| IIII 13, 14 | cari | | + | + | + | + | +? | I. III. |
| Epod. | | | | | | | | |
| 1, 28 | pascuis | | + | + | + | + | + | I. III. |
| 2, 18 | agris | | + | + | + | + | + | II. III. |
| ⊙ 2, 20 | purpura | | — | — | — | — | — | |
| 2, 25 | riuis | | — | — | — | + | — | III. |
| 3, 3 | edit | | + | + | + | + | + | |
| 5, 21 | Iolchos | | — | — | — | — | — | |
| 5, 37 | exsecta | | — | — | — | — | +(!) | I. III. |
| 5, 55 | formidolosis | | + | + | + | + | +[34] | II. III. |
| 5, 60 | laborarint | | + | + | + | + | + | I. III. |
| 5, 63 | superbam | | + | + | + | + | + | |
| 5, 100 | Esquilinae | | + | + | + | + | + | |
| 6, 3 | verte | | — | — | — | — | — | III. |
| 6, 14 | Bupalo | | + | + | + | + | + | |
| 10, 19 | sinu Notus | | — | — | — | — | — | |
| 13, 18 | aegrimoniae dulcibus | | +? | + | + | + | + | |
| 15, 17 | et tu | | + | + | + | + | + | |
| 16, 14 | videri | | — | — | + | — | — | I. III. |
| 16, 21 | ferent | | + | + | + | + | + | |
| 16, 32 | miluo | | + | + | + | + | + | |
| 16, 33 | rauos | | + | + | + | + | — | |
| 16, 51 | ouili | | — | — | — | — | — | III. |
| 17, 1 | (vide infra.) | | | | | | | |
| 17, 11 | unxere | | — | + | + | + | + | I. III. |
| 17, 33 | virens | | — | + | — | — | + | |
| 17, 50 | Pactumeius | | + | + | + | + | + | |
| 17, 65 | infidi | | + | + | + | + | + | |
| 17, 67 | obligatus aliti | | + | + | + | + | + | I. III. |
| C. saec. | | | | | | | | |
| 5 | quod | | — | — | — | — | — | I. II. |
| 21 | undenos | | + | + | + | + | + | |

34) 'formidulosis'.

*togae.* polysyntheton facit ad auxesin. sic habet cod. Bland. antiquiss. ......' — **12, 15.** '*alto.* Bland. antiquiss. legit *arto.* ......' — **14, 11.** '*ominatis.* habet antiquiss. Bland. cum Diuaei et Sil. quam lectionem omnino credo seruandam, reclamantibus omnibus aliis manuscriptis, quae legunt, *nominatis*.. ...' — **14, 22.** '*myrrheum.* ...... Bland. omnes habent Mureum'. — **19, 24.** '*non habilis.* cod. Bland. antiquiss. legit, *non habili.* ......' — **23, 2.** '*Phidyle.* sic habent omnes Bland. cod. per y in secunda syllaba ......' — **24, 4.** '*et mare publicum.* sic habet cod. Bland. vetustissimus cum hac adnotatione, id est, late patens, cui cum Sil. consonat alius Bland. sed tertius Bland. legit Ponticum ...... Maldeg. sine litura, Apulicum ......' — **27, 48.** '*tauri.* Bland. omnes habent, monstri. cum adnotatione, alias tauri ......' — **27, 57.** '*vilis Europae pater.* Erasmus primus, quod sciam, indicavit, hic Europae casus esse datiui ...... ego certe ita scriptum invenio in omnibus cod. Bland. et Diuae. itaq. iam olim vulgati libri, in quibus Europe, per e vocalem legitur, sunt emendandi ......' — **30, 12.** '*regnauit populorum.* sic tres Bland. antiquissimus sine ulla litura cum Sil. sed duo alii Bland. per lituram'; (in contextu: 'Regnator populorum'.) — **Carm. IIII 1, 22.** '*lyraque et Berecyntia.* (ed. 1565: 'Berecynthia') sic habet codex Blandinius antiquissimus. quae si non multum discrepent ab alia lectione, certe plenior est et magis sonora, ut omittam ad lyrae, tibiae et fistulae strepitum velle Horatium pueros accinere ......' — **2, 6.** '*quem super notas.*' cf. hui. diss. p. 13. — **2, 23.** '*educit.* extollit. sic scriptum inueni in uno codice antiquissimo contra vulgatam editionem *deducit.* ......' — **4, 73.** '*perficiunt.* sic habet codex antiquissimus Bland. quem ceteris probatiorem iudico, tum propter argumentum praesens, tum quod verbum *expediunt* hic illi in tempore consonet.' — **4, 76.** '*per acuta belli.* idem codex (sc. V.) hic habet, peracuta, unica dictione composita ......' — **5, 34.** '*defuso pateris.* sic codex antiquissimus habet: alii duo sequuntur vulgatam lectionem.' — **6, 21.** '*ni tuis victus Venerisque.* codex antiquissimus Bland. habet *flexus* ......' — **6, 28.** '*laetus Agylleu.* ......'; cf. hui. lib. p. 10. sqq. — **7, 15.** '*quo pius Aeneas.* Codex Bland. antiquiss. habet, *quo pater Aeneas.* ......' — **7, 17.** '*summae.* habet idem codex (sc. V.), *vitae.* atqui communis lectio magis placet metaphoricῶς a numero et calculis......' — **8, 9.** '*non tibi talium.* codex antiq. (ed. 1565: 'antiquiss.') habet, *nec tibi talium*......' — **9, 52.** '*timidus perire.* ita habet cod. antiquissimus. Alii duo habent, *timidus peribit.* ......' — **12, 23.** '*tinquere.* sic habet codex Bland. antiquissimus. — **13, 14.** '*nec cari lapides.* hanc lectionem cur non mutarim, fecit codex antiquissimus, et interpretatio annotata, sc. *pretiosi.* sed duo alii cod. habent, *clari.*' — **Epod. 1, 28.** '*Lucana mutet pascua.* non mutaui vulgarem lectionem, etiamsi omnes cod. Bland. habeant, *pascuis.* ......' — **2, 18.** '*autumnus aruis extulit.* cod. quatuor habent, *autumnus agris extulit*...' de significatione 'quatuor codices' vide Epod. 6, 14; 16, 21; c. saec. 49.—51. alia. — **2, 20.** '*certantem et uuam purpurae.* iidem codices (sc. 4 codd.) habent *purpura*'. — **2, 25.** '*labuntur altis interim ripis aquae.* codex antiquissimus habet *riuis* ......' — **3, 3.** '*edit cicutis.* sic habent quatuor codices contra vulgarem lectionem.' — **5, 21.** '*Iolchos.* non Colchos, ut habent libri impressi fere omneis contra codices manuscript. Blandinios 4...... — **5, 37.** '*exsecta.* in hac dictione consentiunt cod. Blandinii, verum in annotationibus scriptum est, extracta......' — **5, 55.** '*formidolosis.*' (— sic est restituendum pro 'formidolosae', cf. Bentl. I. p. 288. —) 'sic scriptum est in 4 cod. Bland. cum annotatione hac, propter horrorem noctis ed ferarum ......' — **5, 60.** '*laborarunt.* antiquissimus

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 27 | seruet | | + | + | + | + | + | |
| 49 | quaeque | | + | + | + | + | + | |
| 51 | impetret | | + | + | + | + | + | II. |
| 68 | prorogat | | + | + | + | + | + | II. |
| 71 | curat | | + | + | + | + | + | |
| 72 | applicat | | + | + | + | + | + | |
| Sat. | | | | | | | | |
| I 1 | (vide infra.) | Q. Oratii Flacci Liber Sermonum incipit. (a man. 2.) | | | | | | |
| ⊙ I 1, 108 | qui nemo ut auarus | ne n̄ ut | — | + | + | + | — | |
| I 1, 109 | at | ac | — | — | — | — | — | |
| I 2, 12 | Futidius | Futidius | — | — | — | — | — | II. |
| I 2, 90 | Lyncei | linceis | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 2, 97 | tum | tum | + | + | + | + | + | I. II. |
| ibid. | officient | officient | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 2, 110 | tolli | illi (m. 1.), pelli (m. 2.) | + | + | + | + | — | II. |
| I 3, 57 | ille | illi | + | + | + | — | — | |
| I 3, 60 | versemur | uersetur | + | + | + | + | — | |
| I 3, 65 | impellat | ĩpellat | — | + | + | + | + | |
| I 3, 83 | quanto **hoc** furios | hoc | + | + | + | + | + | |
| ⊙ I 3, 131 | ustrina | taberna | — | — | — | — | — | |
| I 4, 110 | Baius | Barus | — | + | — | — | + | I. (II.) |
| ⊙ I 5, 34 | Fusco | Lusco | — | — | — | — | — | |
| I 5, 67 | 1. 2. [nihilo deterius] | deterius nichilo | + | + | + | + | + | |
| I 6, 13 | fugit | fugit | + | + | + | + | + | |
| I 6, 39 | Cadmo | cadmo | + | + | + | + | + | |
| I 6, 68 | nec mala lustra | nc ac mala | — | + | + | + | — | |
| I 6, 126 | fugio campum lusumque trigonem | fugio cāpũ lusitq. trigonem | + | + | + | + | — | |
| I 7, 7 | tumidus | tumidus | — | — | — | — | + (!) | |
| I 7, 17 | pigrior | pigrior | + | + | + | + | + | II. |
| I 7, 20 | intus | in ius | — | — | — | — | — | |
| I 9, 50 | nihil officit | nil officit | — | — | — | — | — | |
| ibid. | inquam | inquam | + | + | + | + | + | |

codex habet *laborarint*. ......' — **5, 63.** '*superbam*. sic offendi in 4 codicibus Bland. contra vulgatam lectionem, superba.' — **5, 100.** '*Esquilinae alites*. ita reperi in quatuor cod. Blandiniis; non, Esquiliniae, ut legendum arbitratur Bonfinis ......' — **6, 3.** '*quin huc inaneis, si potes verte minas*. hanc lectionem habet codex antiquissimus et codex Diuaei ...... hanc etiam lectionem reliqui tres codices Blandin. in annotationibus agnoscunt, nam vertis pro conuerte, et petis pro impete, positum est, inquiunt.' — **6, 14.** '*Bupalo*. non autem Bubalo habent quatuor cod. et Diuaei cum Buslidiano ......' — **10, 19.** '*Ionius udo cum remugiens sinu Notus*. codices Blandinii in hac lectione consonant, quae mihi probatior videtur, quam vulgata, tum quod hic ventus Notus ex Ionia primarius sit, vehementissime in Adriaticum pelagus incumbens; tum quod Notum precetur, ut udo sinu velorum impetu vehementi dissipet, rumpatque nauem ...... deinde valde improprium est ipsum sinum rumpere, et disiicere naueis, quod vel mediocriter docto visu facile est ......' — **13, 18.** '*deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis*. ita habent quatuor codices Bland. sine ulla copula ......' — **15, 17.** '*et tu quicunque es*. vulgata editio habet, *at tu quicunque es*: quam sequuntur omneis. At quatuor cod. Blandinii habent, *et tu etc*.' — **16, 14.** '*videri*. ita habent quatuor codices Bland. cum annotationibus et Buslidianus cum Diuaei cod. ......' — **16, 21.** '*ferent*. hanc lectionem 4 codicum et Diuaei seruaui, quia illi respondet in tempore vocabit.' — **16, 32.** '*miluio*, Quatuor cod. Bland. cum Buslid. et Diuaei habent miluo per diaeresin. — **16, 33.** '*credula nec rauos*. haec dictio rauus ...... aptior mihi visa est quam flauus, praesertim in eam consentientibus quatuor cod. Bland. ......' — **16, 51.** '*Circumgemit ursus ouile*. 4 cod. habent ouili.' — **17, 1.** 'Hoc carmen neque Epodon inscriptum in his cod. Bland. inuenio, neque oden, sicuti nec praecedens ......' — **17, 11.** '*unxere*. Lambinus non minus copiose quam probabiliter hic asserit legendum esse *luxere*. ...... verum tamen malui seruare antiquam 4 cod. Blandiniorum et unius Diuaei, hac ratione praecipue ad id inductus, quod in duobus cod. Bland. vidi adnotata haec verba, Unxere legendum est, et non luxere ......' — **17, 33.** '*virens*. hoc participium in 4 cod. scriptum, tollere suo loco nolui ...... quod antem Lambinus, vir doctissimus hic legendum docet, vibrans in Aetna flamma, mihi certe omnino probari non potuit ......' — **17, 50.** '*Pactumeius*. Sic repperi scriptum in quatuor cod. Bland. cum Buslid. et Diuaei, et annotationibus; iccirco mutare nolui, cum parum interesse viderem in ficticio vocabulo Pactumeius ne, an Partumeius diceretur, nisi malimus legere ...... Pateomenus ......' — **17, 65.** '*infidi*. sic inueni in 4 cod. cum interpretatione apposita.' — **17, 67.** '*obligatus aliti*. sic etiam habent 4 cod.' — **C. saec. 5.** '*quo Sibyllini monuere versus*. quatuor codices Bland. habent una cum Diuaei exemplari, *quod Sibyllini monuere*. ......' — **21.** '*certus undenos*. ita scriptum inveni in quatuor cod. Bland. et Diuaei. Ludouicus Vives, alibi non video, inquit, cur legi non possit, Certus ut denos ......' — **27.** '*seruet*. habent quatuor cod. Blandinii et Diuaei; non, seruat. — **49.—51.** '*Quaeq. vos bobus veneratur albis etc*. deinde, *impetret bellante prior, etc*. hanc lectionem non mutaui, quia in quatuor codicibus eadem erat cum suis annotationibus, et Diuaei cod. Si cui tamen alia magis apta videbitur, scilicet *quique vos* et *imperet bellante p*. per me illi hoc erit liberum. — **68; 71; 72.** '*proroget*. quatuor cod. Bland. haec verba, *proroget, curet, applicet* habent in praesenti indicandi modo, sc. *prorogat, curat, applicat*. ......' — **Sat. I 1.**

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| II 1, 79 | diffindere | deffinge | — | — | — | — | — | |
| II 2, 56 | ductum | dictum | + | + | + | + | — | |
| II 2, 58 | defundere | defundere | + | + | + | + | + | |
| II 2, 65 | qua | qui | + | + | + | + | + | I. |
| II 2, 95 | occupet | occupat | — | + | + | + | — | I. |
| II 2, 99 | as | as | + | + | + | + | + | |
| ibid. | Trausius | trausius | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 2, 106 | rectae | recte | — | — | — | — | — | |
| II 3, 4 | at | at | + | + | + | + | — | |
| II 3, 43 | quemcumque | q̄cūq. | + | + | + | + | + | |
| II 3, 156 | oct. assibus | (deest.) | — | — | — | — | — | |
| ⊙ II 3, 189 | at | ac | — | — | — | + | — | |
| II 3, 216 | rufam et posillam | rufam aut pus iam | +[35] | + | + | + | + | |
| II 3, 246 | notati | notati | + | + | + | + | + | |
| II 3, 250 | si | si | + | + | + | + | + | |
| II 3, 251 | primus | trimus | — | — | — | — | — | |
| II 3, 283 | quid tam | quiddam | + | + | + | + | + | I. III. |
| II 3, 303 | manibus | manibus | + | + | + | + | — | II. |
| ⊙ II 3, 313 | tantum | tanto | + | + | + | + | — | |
| II 3, 317 | tantum sufflans | tandem sufflans | + | + | + | + | + | |
| II 4, 2 | vincent | uincent | — | — | + | + | — | III. |
| II 4, 15 | cole | colle | — | — | — | — | +(!) | |
| II 4, 28 | mitulus | mitulus | + | + | + | + | + | |
| II 4, 44 | foecundae (fec.?) | fecundi | +[36] | + | + | + | — | |
| II 4, 74 | inuenior | inuentor | + | + | + | + | + | III. |
| II 5, 38 | fi | ei fit | + | + | + | + | + | |
| ⊙ II 5, 87 | ut sic | si | — | — | — | — | — | |
| II 5, 90 | ultra | ultra | — | + | — | + | + | |
| II 5, 93 | increbruit | increbruit | + | — | — | — | + | I. II. |
| II 6, 10 | ille | iᵉ. | — | — | — | — | — | |
| II 6, 36 | novatae | nouate | — | — | — | — | — | |
| II 6, 70 | uuescit | humescit | + | + | + | + | + | |
| II 6, 77 | vicinos | uicinos | — | — | — | — | — | |
| II 7, 13 | doctor | doctor | —? | — | — | — | — | III. |
| II 7, 17 | phymum | pirgum | — | — | — | — | — | |

[35]) sed omnes scribunt 'aut', non 'et'.

[36]) sed omnes: 'fecund.'

'...... Antiquissimus autem ex Bibliotheca Blandinia (quae nunc, pro dolor, una cum Dunensi a barbaris, nec unquam satis execrandis εἰκονοκλαστῶν prorsus lacera, distracta, deperdita, exusta est, non sine incomparabili rei litterariae et omnium disciplinarum immedicabili vulnere), is inquam habet, Q. H. F. Carmen seculare explicit: incipit Eclogarum liber primus, maiusculis quibusdam (ita tamen, ut aliquo modo legi possent) characteribus erasis, atque in earum locis depictis aliis, qui lectori τὸ Sermonum exhibent: Quare coniecturam facimus hoc antiquissimo habitu ea scripta olim prodiisse in publicum ...... Nam quod ita sit, et antiquam horum librorum inscriptionem hanc fuisse, Libri Eclogarum duo: in primis prae se fert vetustissimus codex Bland. ......' — **1, 108.** '*nemon' ut auarus*. haec vulgaris lectio in duobus est cod. Bland. Diu. Tons. Mart. Busl. Nann. sed tertius Bland. habet, nemo ut auarus, ... quartus autem Bland. et antiquiss. habet, qui nemo ut auarus ......' — **2, 12.** '*Fufidius*. ...... Codex Bland. antiquiss. habet Futidius, Mart. vero Fusidius.' — **2, 90.** '*ne cor. o. L.* Lyncei, habet codex Bland. vetustiss. ......' — **2, 97.** '*tum officient res.* sic habet codex Bland. antiquiss. reliqui omnes scripti, *officiunt*. unus autem Bland. habet, *dum officiunt res*. ......'. — **2, 110.** '*e pectore tolli*. sic habet codex Bland. antiquissimus, quem secutus sum, praecipue propter euphoniam.' — **3, 57.** '*illi tardo*. codex Bland. vetustiss. habet, *ille*. ......' — **3, 60.** '*versetur*. Blandin. codex antiq. habet, *versemur*.' — **3, 65.** '*aut tacitum impellat*. sic habent omnes quos legi manuscripti, quare non fui ausus mutare lectionem, praesertim quod in Diu. codice haec adnotata sit interpretatio, impellat ad iram. omnes Bland. habent, impellat, id est, alloquatur ......'; (in contextu: 'aut t. appellem.') — **3, 83.** '*quanto furios.* Codex Blandin. vetustiss. ostendit tribus subscriptis punctis τὸ hoc, vulgatum, abundare ......' — **3, 131.** '*clausaque taberna*.' cf. p. 33. 67. — **4. 110.** '*Barus inops*. sic cum vulgato codice habent lib. Mart. Diuae. Tons. at 4 Bland. Busl. Baius, Nannii vero Varus ......' (in cont: 'Barrus'.) — **5, 34.** '*Aufidio Lusco*. in antiquissimo codice impresso memini me legisse Fusco'; hunc locum Hoehn in indice suo silentio praeteriit. — **5, 67.** '*nihilo deterius*. sic habent Bland. 4 Tons. Busl. at Diu. deterius nihilo. Mart. autem, nullum deterius'; in contextu: 'Deterius nihilo'. — **6, 13.** '*pulsus fuit*. 4 codices Bland. habent, fugit, sed reliqui fuit ......' — **6, 39.** '*aut tradere Cadmo*. ...... In quatuor codicibus Bland. et Tons. scriptum est, *Cadmo* ...... Diuaei codex habet *chamo* ...... codex autem Martinius cum Busl. et Nann. legunt, *Camo* ......' — **6, 68.** '*nec mala lustra*. sic habet codex Bland. vetustissimus ......' — **6, 126.** '*fugio rabiosi tempora sig.* Codex Bland. antiquissimus habet, fugio campum lusumque trigonem; sed supposita sunt puncta, vulgataque lectio est adnotata.' — **7, 7.** '*tumidus*. sine coniunctione, que, habent codices Tonsanus, Busl. et Bland. vetustissimus'. — **7, 17.** '*discedat pigrior*. tres Bland. cod. cum Busl. habent, pulchrior, sed antiquissimus cum reliquis, pigrior ......' — **7, 20.** '*intus procurrunt*. ......'; cf. hui. diss. p. 28 sq. — **9, 50.** '*nil mi officit*. ...... Bland. 4 cum Tons. habent, nihil officit, inquam;' in contextu: 'unquam.' — **Sat. II 1, 79.** '*nihil hic diffindere possum*. in omnibus scriptis habetur, *hinc*. deinde in antiquissimo cod. Blandinio, Mart. et Busl. diffindere, in tribus aliis Bland. diffingere; in Diuaei defindere: in Tons. defringere ......' — **2, 56.** '*cui canis ex vero ductum*. ductum habet codex Bland. antiquissimus ......' — **2, 58.** '*ac nisi mutatum parcit defundere v.* sic legitur in 4 codicibus Bland. reliqui habent, *diffundere* ......' — **2, 65.** '*mundus erit*. ...... In 4 codic.

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| II 7, 35 | furisque | fugisque | — | — | — | — | — | |
| II 7, 48 | intendit | incendit | — | + | + | + | + | I. III. |
| ⊙ II 7, 72 | visa | uisa | — | — | — | — | — | |
| II 7, 81 | alii | aliis | — | — | — | — | +(!) | |
| II 7, 83 | sibiq̂ue | sibique | — | — | — | — | — | |
| II 7, 113 | et erro | et erro | + | + | + | + | + | |
| II 8, 20 | pro me | prope me | — | — | — | — | — | |
| II 8, 40 | imi | imi | + | + | + | + | + | |
| ⊙ II 8, 53 | quo | quod | — | — | — | — | — | |
| ⊙ II 8, 88 | albae | albe | —? | + | + | + | — | |
| Ep. | | | | | | | | |
| I 1, 32 | quadam | quodam | + | + | + | + | + | |
| I 1, 33 | miseroque | miseroque | + | + | + | + | + | |
| I 1, 55 | prodocet | prodocet | + | + | + | + | + | |
| I 1, 69 | aptat | optat | + | + | + | + | + | |
| I 2, 8 | aestum | estus | — | — | — | — | — | III. |
| I 2, 32 | hominem | hominem | + | + | + | + | + | |
| I 2, 33 | atque | atqui | — | — | — | — | — | III. |
| I 2, 34 | noles | nolis | —? | + | + | + | + | |
| ibid. | curres | curres | —? | + | + | + | + | I. II. |
| I 2, 38 | quid | quid | + | + | + | + | + | |
| I 3, 4 | terras | turris | + | — | — | — | — | |
| I 4, 9 | qui sapere et fari possit | quin sapere et fari poss. | + | + | + | + | + | |
| I 6, 1 | properes | prope res | — | — | — | — | — | |
| I 6, 51 | fodicet | fodicet | + | + | + | + | + | I. III. |
| I 7, 5 | colorque | calorque | — | — | — | — | — | |
| I 7, 34 | compellor | compellor | + | + | + | + | + | |
| I 7, 93 | ponere | ponere | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 8, 12 | venturus | uentosus | — | — | — | — | — | III. |
| I 9, 1 | intellegit | intellegit | + | + | + | + | + | |
| I 10, 3 | at cetera | ad cetera | + | + | + | + | +? | |
| I 10, 5 | vetulis (s) (notique?) columbis (?) | uetuli notique columbi | — | — | — | — | — | |
| I 10, 9 | effertis | fertis | — | + | + | + | — | |
| I 10, 18 | diuellat | depellat | + | + | + | + | + | II. III. |
| I 10, 25 | vestigia | fastidia | — | — | — | — | — | |
| I 11, 24 | tu | ut (in litura.) | + | — | — | — | — | III. |

Bland. Busl. Nan. hoc modo, mundus erit, qua non offendat. ceteri habent, qui; deinde alii habent, offendit; alii, offendet: postremo duo Bland. legunt, sordidus; alii duo, sordibus ......'; cf. de hoc loco, quae Hoehn p. 34. adn. 37. prorsus perverse et satis obscure lecturis persuadere voluit. — **2, 95.** '*occupet.* sic habet codex Bland. vetustissimus, quam scripturam vulgatae puto praeferendam, ut sit modi potentialis ......' — **2, 99.** '*as laquei p.* sic habent cod. 4 Bland. et Tons. ceteri, aes, sed priorem probat Canterus doctissimus. *Trasius.* ...... 4 codices Bland. et Tons. habent Trausius. Busl. Traxius. Nan. Traulius. Diuae. Tosius. Quid si Thracius legamus, ut sit gentilium a Thracibus?' — **2, 106.** '*uni nimirum recte.* ...... codex Bland. antiquiss. habet, *rectae.*' — **3, 4.** '...... deinde antiquissimus Bland. pro τῷ ab, habet, at.' vide p. 22. — **3, 43.** '*quemcumque inscitia v.* hoc modo legitur in 4 cod. Bland. et Tons. alii habent, quaecumque inscitia v.' — **3, 156.** '*octo assibus.* tres Bland. codices habent, octussibus, ...... Codex Tons. habet octussibus. Mart. hoc modo VIII. assibus. vetustissimus Bland. codex habet hanc scripturam oct. assibus: ......' — **3, 189.** '*ac si cui v.* Antiquiss. codex Blandin. habet, *at si cui.* ......' — **3, 216.** '*pusam aut pusillam.* codex Mart. habet, rusam et pusillam. Bland. antiquissimus, rufam et posillam, sed supra o ponitur v. reliqui omnes habent, rufam et pusillam ......' — **3, 246.** '*quorsum abeant.* in 4 codicibus Bland. Busl. et Tons. legitur, notati, in Mart. et Diu. et Sil. notandi ...... — **3, 250.** '*si pueril.* sic habent 4 codices Bland. et Busl. at Mart. habet, sed: ......' — **3, 251.** '*in puluere trimus.* antiquissimus codex Bland. habet, primus ......' — **3, 283.** '*unum quid, tam magnum addens, unum.* hanc lectionem habent 4 cod. Bland. Busl. et Diu. sed Tons. Mart. Nan. et Sil., quiddam. ......' — **3, 303.** '*demens.* vetustissimus cod. Bland. habet, *manibus portauit*'. — **3, 313.** '*tanto dissimilem.* vetustissimus cod. Blandin. et Tons. habent, *tantum.* ......' — **3, 317.** '*num tantum sufflans se magna fuisset.* sic habet Blandin. vetustissimus cum Tons. ...... ceteri habent, tandem sufflans: nulli autem, inflans. Diu. et Mart. habent, sic magna f. sed arbitror lectorem mecum probaturum lectionem Blandin. et Tons. codicum, ut sit sensus, num tantum, id est, tam magna fuisset, etc. ......' — **4, 2.** '*qualia vincant.* ...... In tribus codicibus Bland. Tons. Diu. Mart. habetur, vincunt ...... in antiquissimo Bland. vincent. in Siluii codice, vincant ......' — **4, 15.** '*cole suburbano.* sic habent 4 codices Bland. Busl. Tons. at Diu. et Mart. habent, caule ......' — **4, 28:** '...... quatuor Bland. Sil. Diu. habent, mitulus et vil. Mart. mitilus et v. Tons mitilus et viles pellant ob c. ......' — **4, 44.** '*fecundi leporis s. s. ar.* ......'; vide hui. libri p. 38. — **4, 74.** '*inuenior.* hanc lectionem videre est in Bland. antiq. Busl. et Diu. cod. ceteri omnes habent, inueni ......' — **5, 38.** '*fi cognitor ipse.* sic habent 4 Bland. Busl. et Diu. reliqui habent sis ..... ' — **5, 87.** '*scilicet elabi si posset m.* codic. 4 Bland. Mart. Sil. Diu. habent sine ullis lituris expressam hanc lectionem, scilicet elabi sic posset mor. sed antiquissimus Bland. scilicet elabi ut sic posset mor. ......'; cf. Zangemeister. l. l. p. 339 — **5, 90.** '*offendet garrulus ultra.* sic habent codices Bland. 4. M. Tons. Busl. Sil. Diu. et credo genuinam esse, ita ut τὸ ultra, sit idem, quod Graece dicitur ἐπιπολύ: ......' — **5, 93.** '*si increbruit au.* haec lectio seruata est illaesa in antiquissimo Bland. Busl. Diu. reliqui vero omnes habent, *increpuit* ......' — **6, 10.** '*ut illi.* codex Blandin. vetustiss. et Tons. habet, ut ille'. — **6, 36.** '*noua te.* antiq. cod. Bland. habet sine ulla litura *novatae* ......' — **6, 70.**

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I 12, 24 | (?) dést | deest | — | + | — | + | + | |
| I 14, 19 | nam qua | nam qui (m. 1.), quae (m. 2.) | — | — | — | — | — | |
| I 15, 1 | (vide infra.) | (g caret inscriptione.) | | | | | | |
| ⊙ I 15, 9 | Clusinos | Clusinis | — | — | — | — | — | |
| I 15, 10 | deuersoria | diuersoria (m. 1.), deu. (m. 2.) | + | + | + | + | + | |
| I 15, 16 | dulcis | dulcis (m. 1.), iugis (m. 2.) | — | — | — | — | — | II. |
| I 15, 32 | donarat | donabat | — | — | — | — | — | III. |
| I 15, 35 | agninae | agnini | + | + | + | + | + | |
| I 16, 1 | Quincti | Quincti | — | — | — | — | +(!) | |
| I 16, 7 | cursu | curru | — | — | — | — | — | |
| ⊙ I 16, 43 | res sponsore | responsore | + | + | + | + | + | |
| I 16, 49 | negitatque | negat atque | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 16, 51 | miluus | miluus | + | + | + | + | + | |
| I 16, 61 | iusto sanctoque | iustum sanctumque | + | + | + | + | + | |
| I 16, 63 | qui | qui | + | + | + | + | + | I. II. |
| I 17, 12 | inunctum | ad unctum | — | — | — | — | — | |
| I 17, 21 | verum dante | uerum d. | — | — | — | — | + ? | |
| ⊙ I 18, 15 | rixatus | rixatur | — | — | — | — | — | |
| ⊙ I 18, 20 | Minuti | Minuci | — | — | — | — | — | |
| I 18, 98 | num | num | — | + | + | + | + | |
| I 18, 99 | num | num | — | + | + | + | + | |
| I 18, 107 | et mihi | ut mihi | + | + | + | + | — | III. |
| I 19, 22 | fidet | fidet | — | — | — | — | +(!) | I. II. |
| I 19, 23 | reget | reget | — | — | — | — | +(!) | |
| I 19, 39 | ultor | ultor | + | + | + | + | + | |
| II 1, 16 | numen | nomen. | + | + | + | + | + | |
| II 1, 28 | Graiorum | Graiorum | + | + | + | + | — | II. |
| II 1, 35 | 1. 2. [chartis pretium] | carthis pretium | + | + | + | + | + | |
| II 1, 42 | respuat | respuit | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 1, 69 | delendaue | delendaue | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 1, 167 | in scriptis | in scriptis | — | — | — | — | — | II. |
| II 1, 168 | accessit | accessit | — | — | — | — | — | |

'*uuescit laetius.* uuescit, habent 4 cod. Bland. quod aptius est, quam humescit, ut habent alii ......' — **6, 77.** '*Ceruius haec inter* ...... Sil. codex habet, Ceruius has inter vicinos garrit anileis, etc. Mart. legit, Ceruius hic inter vicinos, etc. alii omnes, Ceruius haec inter, etc. praeterquam quod omnes Bland. habeant, vicinos. qui nominandi casus est ...... antiquo more scriptus, pro vicinus ......' — **7, 13.** '...... τὸ doctor, habent omnes Bland. codices et Mart. quos secuti sumus.' — **7, 17.** '*mitteret in phymum.* sic codices Bland. 4 Busl. Sil. et hanc quoque lectionem cum Cantero doctiss. iudico genuinam et Horatianam, inque eius locum irrepsisse τὸ pyrgum ...... Scribitur et φιμὸς(!) in uno(!) codice Bland., quemadmodum et apud Aeschinem ......' — **7, 35.** '*furisque.* sic libri scripti Bland. antiquissimus, Tons. Busl. Sil. reliqui *fugisque.* ......' — **7, 48.** '...... vehemens libido incendit me etc. 4 cod. Bland. Tons. Mart. habent, *intendit*'. — **7, 72.** '*ubi vasa.* Bland. cod. antiquiss. habet, *visa.*' — **7, 81.** '*alii seruis miser.* sic codex Bland. antiquissimus cum duobus aliis, non etiam, ut ceteri omnes, aliis ... ..' — **7, 83.** '*sibiq. imperiosus.* sic codex Bland. antiquissimus cum Tons. et Busl. ...... reliqui codices omnes habent, sibi qui imper. . ....' — **7, 113.** '*et erro.* sic scriptum est in antiquissimo Bland. Tons. Diuaei, Busl. Nan. Mart. Sil. in tribus aliis Bland. ut erro ......' — **8, 20.** '*prope me.* codex Blandinius antiquissimus habet, pro me ......' — **8, 40.** '*imi conuiuae lecti.* In Commentatore duplex notatur lectio, sed nos priorem sumus amplexati ex 4 codicibus Bland. veluti probatissimam: vulgata namque, secutis omnibus imis ...... nobis penitus habetur absurda ......' — **8, 53.** '*quam testa marina r.* ...... Ceterum lectorem monitum volui in omnibus scriptis poni, *quod testa marina remittit.* praeterquam in vetustissimo Bland. ubi legitur, *quo testa marina r.* et supra notatum, eo .... .' — **8, 88.** '*anseris albi.* Bland. codex antiq. et Tons. habent, albae ......' — **Epist. I 1, 32.** '*est quadam.* sic inueni sine ulla litura in antiquissimo Bland. codice et Buslidiano. Nannii codex habet, est aliqua prodire tenus etc. ceteri omnes habent, est quodam etc.' — **1, 33.** '*miseroque cupidine.* sic habent 4 Bland. Tons. Sil. Busl., reliqui, misera ......' — **1, 55.** '*prodocet.* palam docet; sic habent 4 Bland. Busl. Diuae. Silu. sed Martin. edocet: Tons. et Nan. praedocet. vulgati, perdocet ......' — **1, 69.** '*et aptat.* ...... sic habent 4 Bland. Busl. Nann. et Siluii codex, sine ulla litura: alii cum vulgatis sentiunt in τῷ optat, ......' — **2, 8.** '*aestum.* sic habent 4 Bland. Tons. Sil. cod. reliqui, aestus'. — **2, 32.** *ut iugulent homines.* hominem Bland. antiquiss. ......' — **2. 33.** '*atque.* pro atqui, Bland. antiquiss.' — **2, 34.** '*si noles sanus, curres hydropicus.* sic scriptum est in cod. 4 Bland. Nanniano, Buslidiano, Tons. Sil. alii habent, cum vulgatis, *si nolis sanus, cures hydrop.* ......' — **2, 38.** '*nam si quid.* ...... Ceterum 4 Bland. cod. cum Tons. Busl. et Sil. habent, quid; alii, quod ......' — **3, 4.** '*turreis.* ...... interim lectorem non celabo Blandinium cod. vetustissimum cum Siluio hic habere, terras ......' — **4, 9.** '...... Bland. 4 habent, *qui sapere et fari possit quae sentiat, et cui etc.* ...... Tons. habet, *quin sapere, etc.* reliqui omnes, *quam sapere et fari ut possit, quae sentiat, et cui etc.* ......' — **6, 1.** '*nil admi. prope res.* ...... in 4 Bland. cod. Diuaei, Busl. Sil. Mart. scripta est (sc. vox) coniunctim, properes: in aliis cum vulgatis diuisim, prope res ......' — **6, 51.** '*qui fodicet latus.* hanc scripturam 4 cod. Bland. mutare mihi visum non fuit: haec enim tria, dictet, fodicet, cogat, appositissime sibi consonant ......' — **7, 5.**

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| II 1, 186 | gaudet | gaudet | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 1, 198 | nimio | nimio | — | + | + | + | + | I. II. |
| II 1, 247 | Varusque | Variusque | — | — | — | — | — | III. |
| II 1, 262 | discet | discit | — | — | — | — | — | |
| II 2, 8 | imitaberis | imitaberis | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 2, 11 | excludere | extrudere | — | — | — | — | — | III. |
| ⊙ II **2, 16** | laedit | ledat | + | + | + | + | — | |
| II 2, 22 | epistula | epistola | — | — | + | — | + | |
| ibid. | rediret | rediret | — | + | + | + | + | I. II. |
| II 2, 32 | opimis | opimis | — | — | — | — | — | |
| II 2, 36 | mentes? mentis? | mentem | — | — | — | — | — | |
| ⊙ II **2, 80** | cantata | contacta | — | — | — | — | — | |
| II 2, 123 | calentia | carencia | — | — | — | — | — | III. |
| II 2, 158 | mercatus | mercatur | + | — | + | + | + | I. II. |
| II 2, 161 | daturas | daturus | + | + | + | + | — | III. |
| II 2, 197 | (vide infra.) | | | | | | | |
| II 3, 53 | cadent | | + | + | + | + | + | II. III. |
| II 3, 92 | decentem | | + | + | + | + | — | |
| II 3, 154 | plosoris | | — | + | — | — | + | I. |
| II 3, 161 | imberbus | | + | + | + | + | —? | |
| II 3, 202 | vincta | | — | + | + | + | + | |
| ⊙ II **3, 237** | et | | + | + | + | + | + | |
| II 3, 294 | praesectum | | + | + | + | + | — | |
| II 3, 319 | locis | | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 3, 328 | eu | | + | + | + | + | + | I. II. |
| II 3, 330 | an | | + | — | + | + | — | |
| II 3, 345 | Sosis | | — | — | — | — | — | I. II. |
| II 3, 371 | nec scit | | + | + | + | + | + | |
| ⊙ II **3, 426** | quoi | | — | — | — | — | — | |

'*colorq.* sic habet cod. antiquiss. Bland. Tons. Mart. Sil. ......' — **7, 34.** '*compellor.* habent sic 4 Bland. Busl. Tons. sed Mart. habet, compellar, cum aliis.' — **7, 93.** '*ponere.* sic legitur in Bland. vetustissimo, Tons. Busl. Diuaei. in aliis, dicere ......' — **8, 12.** '...... sed non celabo lectorem, me in 4 Bland. inuenisse, venturus Tibure Romam ......'; in contextu: 'ventosus, Tibure Romam.' — **9, 1.** '*intelligit.* codices Bland. 4 habent intellegit, antiquo more.' — **10, 3.** '*at cetera.* sic inuenio in antiquiss. codice Bland. ......' — **10, 5.** '*pariter vetulis notisque columbis.* quam sibi Lambinus lectionem coniectura proponit, eam continet cod. Bland. antiquissimus, sed in τὸ noti, s littera suprascripta, sed in vetulis et columbis apposita ......' — **10, 9.** '*fertis.* sic habent omnes cod. scripti, praeter unum Bland. antiquiss. et Diuaei, qui habent, effertis.' — **10, 18.** '*est ubi depellat.* ...... Depellat, habent Busl.

Tons. Nan. Mart. Diuae. Sil. sed 4 Bland. diuellat .....' — **10, 25.** '*nempe inter varias.* ...... Mart. cod. habet, expellas, reliqui omnes, expelles, etc. Deinde 4 Bland. Busl. Sil. habent vestigia. Mart. et Tons. fastigia .....' — **11, 22; 24.** '*tu quamcumque.* hi duo versus, tu quamcumq. deus tibi fortunauerit horam, grata sume manu, nec dulcia differ in annum, in Bland. non fuere primum scripti, sed multo post tempore sunt adiecti, ut ostendunt characteres in tribus libris Bland. in quarto fuere quidem, sed hoc modo, tibi fortunauerit oram, sine nota aspirationis: praeterea sequens carmen in quatuor Bland. Mart. et Sil. habet, Tu quocumque loco fueris; non, ut .....' — **12, 24:** '...... verbum deest, quod in antiquiss. cod. Bland. syncopatum legitur, d'est, cum apostropho supra d litteram (?) .....' — **14, 19.** '...... In antiquissimo Bland. cod. pro nam quae deserta, etc. legitur, *nam quâ,* et supra scriptum, *ubi:* quod lectorem celare nolui.' — **15, 1.** '*Quae sit hiems V.* inscriptio huius epist. in quatuor Bland. Busl. Tons. Sil. est ad Numonium Valam. In uno autem Blandin. additum est De lauacris frigidis .....' — **15, 9.** '*Clusinos.* sic habet cod. Bland. antiq. et Sil. ...... non etiam, Clusinis .....' — **15, 10.** '*deuersoria nota.* sic habet Bland. cod. antiq. reliqui omnes, diuersoria .....' — **15, 16.** '*puteosne perenneis dulcis aquae.* sic habent duo cod. Mart. et Bland. antiq. reliqui omnes, iugis aquae .....' — **15, 32.** '*donabat.* 4 Bland. habent, donarat.' — **15, 35.** '*vilis et agninae.* Sic habent 4 Bland. Busl. Nan. Diu. Sil. alii sequuntur vulgatam; sed aliam secutus sum, quod omasum agninum tenuius sit et tenerius, quam quod tale barathrum compararet.' — **16, 1.** '*Quincti.* sic scriptum est in antiquiss. cod. Bland. per c litteram.' — **16, 7.** '*curru fugiente.* Bland. antiq. habet, cursu.' — **16, 43.** '*quo res sponsore.* sic habet cod. Bland. antiquissimus, et verissima lectio est hactenus ignorata doctis, qui vel inuiti tantum tribuerint Horatio, ut responsorem interpretarentur iurisconsultum, praeter omnem Latinitatem .... ' — **16, 49.** '*negitatque Sabellus.* sic scriptum est in antiq. cod. Bland. quod mihi non parum placet atque adeo plus quam vulgata lectio, propter κακόφωνον .... ' — **16, 51.** '*miluus.* sic habent 4 Bland. cod. ut sit trisyllabum .....' — **16, 61.** '*da iusto sanctoq. vide.* sic habet cod. antiquiss. Blandin. quem secutus sum propter τὸ mihi .....' — **16, 63.** '*qui melior seruo, qui lib.* ...... Haec lectio inuenitur in 4 cod. Blandin. Busl. Nan. Sil. et Diu. sed Mart. et Tons. habent, quo, cum vulgatis ...... — **17, 12.** '*ad unctum.* ...... Cod. Bland. antiq. habet, inunctum, una voce pro, valde unctum.' — **17, 21.** '*verum dante.* hic locus varie legitur. 4 Bland. cod. Busl. Nan. Sil. verum dante minor. Mart. habet rerum. Diu. rerum es dante m. vulgati habent, verum es dante m. — **18, 15.** '*alter rixatus.* locus hic in scriptis varie legitur, et non uno modo clausulas habet interpunctas. Bland antiquiss. ex quo Comment. descripsimus, habet, alter, rixatus de lana saepe caprina propugnat: nugis armatus scilicet. ubi supra scriptum est, inutilibus argumentis ...... Duo alii Bland. alter rixatur de lana saepe caprina propugnat nugis armatus. scilicet. quartus Bland. alter rixatus de lana saepe cap. propugnat nugis armatus. scilicet. Tons. al. rix. d. l. s. c. p. n. armatus scilicet .....' — **18, 20.** '*Brundisium Minuti.* ...... Diuae. Mart. Nan. consentiunt vulgatae lectioni. 4 Bland. et Sil. habent Minuti. Busl. Menuti. Tons. Munici. .....' — **18, 98.** '*ne te semper.* Bland. 4 Tons. Nan. Busl. in utroque versu habent num. Diuae. legit, non .....' — **18, 107.** '*et mihi viuam.* sic 4 Bland. et Sil. quod magis placet'. — **19, 22; 23.** '*qui sibi fidet, dux reget ex.* sic habet Bland. antiquiss. cum Diu. et Sil. reliqui tres Bland. habent, fidit, regit .....' — **19, 39.**

*auditor.* cod. Bland. duo habent, auditor, alias, adiutor. sed omnes ad unum scripti mei habent ultor, sed cum diversa expositione. antiquiss. Bland. habet ultor, id est, laudator; alius ultor, sup. iniuriarum. τὸ actor autem ...... in scriptis non inueni'. — **Epist. II 1, 16.** '*per nomen pon.* Bland. vetustiss. habet, numen ......' — **1, 28.** '*si quia Graecorum* ...... Bland. cod. antiquiss. habet, Graiorum.' — **1, 35.** '*pretium chart.* cod. Bland. antiq. et Tons. habent, chartis pretium idq; mollius meo iudicio.' — **1, 42.** '*respuat.* sic Bland. antiquiss. Sil. et Mart. ...... reliqui, respuit; vulgati habent, respuet.' — **1, 69.** '*delendaq.* cod. Tons. Diuaei, Sil. Bland. antiquiss. legunt, delendaue.' — **1, 167.** '*in scriptis.* sic legunt cod. Diu. Sil. Mart. et Bland. antiquiss. sed hic habet supra scriptum, inscitiae, quomodo quoque Tons. legit ...... alii tres Bland. habent, inscite ......' — **1, 168.** '*quia res arcessit.* sic habent tres cod. Bland. cum Tons. sed antiquissimus Bland. habet, accessit, cum Mart. Diu. Sil. ......' — **1, 186.** '*gaudet.* sic habet cod. Bland. antiquiss. ...... tres reliqui Bland. habent, plaudet; unicus autem Tons. habet, plaudit ......' — **1, 198.** '*praebentem mimo.* Diu. Tons. Mart. Sil. cod. habent, mimum ...... Bland. antiquiss. legit, nimio ......' — **1, 247.** '*Variusq.* Bland. antiquiss. cum Mart. Busl. Tons. Diu. Sil. habent, Varusque ......' — **1, 262.** '*discit enim* ...... antiquiss. Bland. legit, discet enim.' — **2, 8.** '*imitaberis.* sic habent omnes Bland. Busl. Diuae. Sil. ......' — **2, 11.** '*extrudere.* 4 Bland. Tons. Mart. Sil. habent, excludere. ......' — **2, 16.** '*laedat.* cod. Bland. antiquiss. habet, laedit.' — **2, 22.** '*epistola.* antiquiss. Bland. habet, epistula. *veniret.* 4 Bland. Tons. Mart. habent, rediret ......' — **2, 32.** '*honestis.* Bland. antiquiss. habet, opimis.' — **2, 36.** '*mentem.* Bland. antiquiss. habet, menteis ......' — **2, 80.** '*contacta.* sic habent tres Bland. Diuae. Tons. Mart. Busl. Sil. quos secutus sum. Bland. antiquiss. legit cantata ...... Nann. codex habet, cunctata ......' — **2, 123.** '*virtute carentia.* 4 Bland. habent *calentia* ......' — **2, 158.** '*mercatus et aere est.* sic cod. antiquiss. Bland. alii tres, quicquid libra mercamur et aere ......' — **2, 161.** '*daturas.* sic habent 4 Bland. Tons. Sil. ......' — **2, 197** '...... antiquissimus autem totus ad finem huius epistolae, partim oblitteratus est, partim lacer.' — **3, 53.** '*Graeco fonte cadent.* ...... Omnes Bland. cum Busl. et Sil. habent, cadent, sed Tons. et Mart. cadunt. Diu. cadant.' — **3, 92.** '*sortita decenter.* Bland. antiquiss. cum alio habet, decentem.' — **3, 154.** '*si plausoris.* Bland. vetust. habet, plosoris.' — **3, 161.** '*imberbus iuuenis.* sic habet cod. Bland. antiq. ......'; in contextu: 'imberbis iuuenis.' — **3, 202.** '*vincta.* variant hic cod. scripti. duo Bland. habent cum Diu. et Tons. iuncta. Bland. antiq. cum aliis omnibus legunt, vincta ......' — **3, 237.** '*Dauusne loquat. et audax Py.* sic legitur in cod. Bland. antiq. et altero, ubi manifeste τὸ et erasum est supraque positum, an.' — **3, 294.** '*praesectum.* sic legunt duo cod. Bland. unus cum antiq.'; in contextu: 'perfectum'. — **3, 319.** '*speciosa locis.* sic 4 Bland. sed Buslid. speciosa iocis memorataque recte. reliqui, speciosa iocis.' — **3, 328.** '*eu.* sic Busl. et Bland. 4, non hem vel heus. — **3, 330.** '*an haec aerugo.* sic Bland. vetust. cum duobus aliis, in quib. n littera erasa, et t posita;' in contextu: 'ad haec aerugo.' — **3, 345.** '*liber Sosis.* sic 4 Bland. per syncopen pro Sosiis.' — **3, 371.** '*nec scit.* sic Bland. antiq. cum alio, sed reliqui cum duobus aliis Bland. habent, nescit.' — **3, 426.** '*voles cui.* Bland. antiq. habet quoi, antiquo more.' —

Iam vero adponam eos quoque locos, ubi Cruquius 'tribus' Blandiniis certe vetustissimum adnumerasse putandus est; cf. huius diss. p. 21 sqq. sunt vero hi:

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Carm. | | | | | | | | |
| I 32, 1 | poscimur | | — | + | + | + | + | III. |
| Epod. | | | | | | | | |
| 1, 21 | ut adsit | | — | — | — | — | +(!) | I. II. |
| 6 | (vide infra.) | | | | | | | |
| 9, 17 | ad hunc | | + — | + — | — | — | — | |
| 12, 1 | barris | | + | + | + | + | + | |
| 15, 23 | heu, heu | | — | — | — | — | +(!) | |
| 17, 78 | deripere | | + | + | + | + | + | |
| Sat. | | | | | | | | |
| I 4, 25 | eripe | elige | — | — | — | — | — | |
| I 4, 112 | Scetani | Sectani | +? | + | + | + | + | |
| I 5, 1 | excepit | accepit | — | + | — | — | — | III. |
| I 10, 68 | delapsus | dilatus | — | — | — | — | +(!) | |
| II 3, 322 | quae si quis sanus facit, et sanus facies tu? | quae si quis sanus fecit, sanus facis et tu. | — | + | — | — | — | |
| Ep. | | | | | | | | |
| I 13, 14 | glomos | glomos | — | — | — | — | — | III |

**Carm. I 32, 1.** '*poscimur.* Sic Bland. cod. tres habent. quartus autem poscimus, cum aliis, sed adnotatum, alias poscimur ......' — **Epod. 1, 21.** '*non ut adsit.* Ita habent tres cod. Bland. et *ut* interpretantur *si.* Quartus habet, non uti sit auxili ......' — **6.** *In Cassium Severum.* Iambica epodos VI. 'In inscriptione huius epodi tres codices Blandinii consentiunt, quartus sequitur vulgatam lectionem. De hoc autem Cassio Seuero oratore et Poeta meminit Quintilianus ......' — **9, 17.** '*at huc verterunt.* haec verba habet codex Diuaei, et unus codex Bland. manuscriptus expresse: alii tres habent, Ad hunc alias, At huc ......' — **12, 1** '*barris.* ......'; cf. hui. diss. p. 14. — **15, 23.** '*eheu translatos.* tres codices Bland. habent, heu, heu: quartus autem, eheu.' — **17, 78.** '*deripere.* ita scriptum est in tribus cod. sed quartus habet, diripere.' — **Sat. I 4, 25.** '*media erue t.* tres Bland. cod. Eripe, quartus cum Tons. Busl. Nan. et Diuaei Martiniique codice habet, elige.' — **4, 112.** '*Sectani.* cod. Bland. 3 et Mart. Scetani. Tons. Cetani. Diuae. Setani. unus Bland. habet, Sectani.' — **5, 1.** '*me accepit.* hanc lectionem habet unus codex Bland. tres alii, excepit ......' — **10, 68.** '*dilatus in aeuum.* unus codex Bland. habet, dilatus; tres reliqui cum Mart. delapsus: Busl. Nan. Diuae. et Tons. delatus.' — **Sat. II 3, 322.** '*quae si quis.* in vulgata hac lectione consentiunt, unus cod. Bland. Diu. et Tons. sed tres alii Blandin. et Sil. habent, quae si quis sanus facit, et sanus facies tu? sed Mart. quae si quis sanus fecit, sanus facias tu'; in contextu: 'quae siquis sanus fecit: sanus facis et tu.' — **Ep. I 13, 14.** '*glomos.* sic habent tres Bland. cum Mart. Diuae. et Sil. quartus Bland. habet glomus, per quartam flexionem. Tons. habet glomos.' —

Sed iam paullulum subsistamus, ut, quae adhuc perfecimus, quasi oculis perlustremus. contulimus eas lectiones omnes, quas Cruquium codici V aperte atque dilucide adtribuisse nobis persuasimus; restat autem, ne forte granum intercidat paleae inmixtum, ut eas quoque congeramus lectiones, quas codici V neque adtribuere neque ab eo abiudicare possumus. quas ob hanc tantummodo hercle causam diligentissime conquirere studui, quia nihil certe supervacaneum potest haberi, quod ad Horatii verba recte constituenda aliquid fortasse conferre possit. adparet autem vel primo obtutu eius modi locos cum summa cautione adhibendos esse nec quidquam auctoritatis ad codicis V naturam et indolem inlustrandam eis tribui posse, nisi totius quaestionis fundamenta labefactare velimus.

Itaque statim eas proponam lectiones, de quibus supra (p. 27.) iam paucis exposui, locos dico, quibus omnino non potest effici, utrum Cruquius quattuor Blandinios an unum tantum significaverit, quamquam veri similius est eum quattuor illis libris, quam uni tantum adtribuisse lectiones, quales leguntur ad

| Loci: | Scripturae: | Gothani lectio: | B. | M. | H. | V. | K. | classes: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epod. | | | | | | | | |
| 2, 69 | redegit | | + | + | + | + | + | |
| Sat. | | | | | | | | |
| I 1, 8 | cita mors | cita mors | + | + | + | + | + | |
| II 2, 83 | aduexerit | aduexerit | + | + | + | + | + | |
| II 3, 39 | angit | angit | + | + | + | + | + | I. II. |
| Ep. | | | | | | | | |
| I 16, 40 | medicandum | mendicandum | + | + | + | + | + | |

Sequitur denique earum lectionum turma, quas 'omnibus' suis codicibus ille adsignavit:

Carm. I 1, 13. dimoueas; 2, 31. candenteis (es? — is?); 6, 7. duplices; 7, 7. decerptam fronti; 7, 11. percussit; 12, 31. quia; 12, 55. orae; 13, 6. manent; 18, 2. Catilli; 18, 15. et tollens; 23, 1. inuleo; 23, 5. veris — adventus; 24, 2. lugubris; 24, 9. bonis; 24, 13. quid si; 24, 15. num; 25, 2. iactibus; 27, 18. ha; 27, 24. Chimaera; 28, 18. auidum; 29, 16. tendis; 35, 33. heū; 35, 36. manum; 36, 8. pueritiae; 36, 10. Cressa.

Carm. II 1, 28. retulit; 1, 38. Ceae; 3, 9. quo; 4, 18. dilectam; 4, 19. auersam; 10, 12. fulgura; 12, 25. flagrantia; 13, 13. quid; 13, 14. Bosforum? — Bosphorum; 14, 5. tricenis; 14, 27. superbo; 17, 14. Gygas; 20, 11. superne.

Carm. III 1, 19. elaborabunt; 2, 1. amice; 2, 5. diuo; 3, 6.
1. 2. 3.
[magna manus Iouis]; 3, 53. mundo; 3, 66. auctore; 3, 69. hoc — conueniet; 4, 38. abdidit; 4, 69. gigas; 5, 21. direpta; 5, 27. dampnum; 8, 10. dimouebit; 8, 27. cape; 9, 5. alia; 10, 8. numine; 12, 10. 'in huius odes versuum dispositione legitima ...... omnes nostri cod. scripti sine ulla macula aut litura consentiunt'; 13, 1. Bandusiae; 15, 2. fige; 16, 13. exitio; 16, 26. impiger; 24, 49. materiem; 25, 2. aut; 25, 6. consilio; 27, 15. vetet; 27, 22. Austri; 28, 7. deripere; 29, 17. Andromedae; 29, 35. delabentis.

Ex IIII. Carminum libro ideo nihil proferri potest, quia in hoc libro emendando solos Blandinios adhibuit Cruquius; cf. p. 19 sqq.

Epod. 3, 21. sauio; 5, 58. Suburanae; 12, 3. nec — neque; 13, 2. '*niueisque deducunt.* hic versus in omnibus libris scriptis συναρτητῶς legitur ......'.

Sat. I 1, 2. fors; 1, 38. sapiens; 1, 39. demoueat; 1, 45. milia; 1, 81. afflixit; 1, 90. perdas; 1, 91. in campo; 1, 94. ne; 1, 101. Naeuius; 1, 118. vita cedat; 2, 14. exsecat; 2, 18. in se; 2, 51. munifico; 2, 63. peccesve; 2, 81. hoc; 2, 86. opertos; 2, 106. sectetur; 2, 107. cantat; 2, 109. hiscine; 3, 7. Bacche; 3, 20. et; 3, 58. tardo — pinqui; 3, 63. simplicior quis et est; 3, 81. ligurrierit; 3, 128. quo; 4, 15. accipiam; 4, 18. loquentis; 4, 49. insanus; 4, 101. afore; 4, 105. insueuit — me; 4, 119. possum; 4, 124. factum; 5, 36. vatillum; 5, 51. Claudi; 5, 68. umquam; 5, 72. paene macros arsit; 6, 18. longe lon-
1. 2. 3. 4.
geque; 6, 29. [quis homo est hic?]; 6, 31. et cupiat; 6, 49. forsit;
1. 2. 3. 4. 5.
6, 53. possim; 6, 70. [si et viuo car. ami.]; 6, 87. hoc; 6, 96. honestos; 6, 111. milibus; 6, 115. laganique; 6, 130. victurum; 8, 2.
1. 2.
faceretne; 9, 2. totus (sine 'et'); 9, 3. accurrit; 9, 47. [velles si]; 9, 60. agit; 9, 64. prensare; 10, 29. qui ne; 10, 28. Latini; 10, 59. ac.

Sat. II 1, 31. gesserat; ibid: usquam; 1, 47. Ceruius; 1, 69.
1. 2.
tributim; 1, 79. hinc; 2, 1. boni; 2, 28. num; 2, 38. [raro stomachus]; 2, 47. Galloni; 2, 48. aequor alebat; 2, 53. distabat; 2, 58. def. v. et; 2, 64. aiunt; 2, 79. adfigit; 2, 107. uter ne; 2, 123. culpa; 2, 124. ac; 3, 22. sculptum; 3, 25. Mercuriale; 3, 69. scribe decem a Nerio; 3, 89. vidisse; 3, 96. contraxerit; 3, 108. qui; 3, 151. haec; 3, 155, tu; 3, 157. pereamque; 3, 169. diuisse; 3, 170. hoc; 3, 180. fueritue; 3, 183. latus ut in circo; 3, 194. putescit; ⊙ 3, 211.
1. 2.
[cum immeritos]; 3, 212. committis; 3, 219. quid; 3, 225. vincet; 3, 235. verris; 3, 238. currit; 3, 260. agit ubi secum; 3, 274. feris; 3, 301. qua me stultitia; 4, 37. auerrere; ⊙ 4, 62. in mundis; 4, 66. putuit; 5, 18. ut ne tegam s. D. l.; 5, 36. quassa; 5, 61. ede; 6, 9. denormat; 6, 24. urge; 6, 44. Thraex est Gall; 6, 77. haec; 6, 82. artum; 6, 84. sepositi; 6, 92. vis; 6, 95. bene; 6, 116. valeas; 7, 18. iisdem; 7, 19. acrior; 7, 30. usquam; 7, 31. amasque;

7, 105. qui; 7, 109. qui puer uuam furtiua mutat st; 8, 4. dic; 8, 9. fecula; 8, 24. simul; 8, 35. poscit; 8, 50. mutauerit.

Ep. I 1, 16. mersor; 1, 19. subiungere; 1, 28. oculo; 1, 62. puerorum est; 1, 65. qui rem facias (sine 'ut'); 1, 94. curatus; 2, 23. Circae; 2, 28. Penelopae; 2, 51. dom. et res; 2, 67. adbibe; 3, 1. militet; 3, 30. sit; 3, 33. heu — heu; 4, 7. dederunt; 5, 1. archiacis; 5, 26. Brutam; 5, 28. ad summam; 5, 29. arta; 6, 10. utrobique; 6, 12. metuatne; 6, 20. nauus; 6, 22. mutus et; 6, 30. hoc; 6, 42. quot; 7, 69. prouidisset; 7, 96. simul; 8, 6. agris; 8, 14. utque; 9, 2. nam cum rogat et pr. cogit; 10, 24. expelles; 10, 28. potiusue; 10, 41. quia; — nesciet; 11, 3. minoraue; 11, 7. quid; 11, 20. ac; 12, 20. Stertinium; 12, 29. defundit; 14, 3. Variam; 14, 28. disiunctum; 15, 37. correctus; 15, 40. bona; 16, 2. bacis; 16, 8. quid; 17, 49. quadra; 18, 28. meae; 18, 93. tepores; 18, 110. neu; 18, 111. sed satis est; — ponit; 19, 32. Latinus; 19, 34. ingenuis; 20, 5. descendere; 20, 15. protrusit.

Ep. II 1, 103. sollemne; 1, 105. rectis; 1, 114. abrotonum; 1, 122. pueroue incogitat; 1, 173. Dossennus; 1, 175. demittere; 1, 192. petorrita; 1, 222. reprehendere; 2, 46. emouere lo.; 2, 53. cicutae; 2, 65. [me[1.] Romae[2.] ne[3.]]; 2, 71. purae; 2, 95. vacas; 2, 167. quoniam; 2, 172. proprium; 3, 7. aegri; 3, 49. rerum et; 3, 59. producere; 3, 72. ius; 3, 193. actoris; 3, 196. consilietur; 3, 249. fricti; 3, 266. intra; 3, 270. vestri; 3, 318. viuas; 3, 353. ergo est; 3, 360. operi longo; 3, 385. faciesve; 3, 393. rabidosque; 3, 394. urbis; 3, 457. sublimis.

## XI.

Quoniam igitur ex farragine Cruquiana omnes, quae codici vetustissimo recte quodam modo adscribi possunt, lectiones in unum congessimus, munus nostrum iam fere absolvimus. restat autem, ut de codicis V natura et indole pauca verba faciamus atque nostrum de hac re iudicium tamquam clausulam huic disputationi adiciamus.

Iam multum disceptaverunt homines docti, quo tempore scriptum fuisse codicem V statuendum esset. nam cum Cruquius ipse saeculo VIIII. eum adsignavisset tribus locis, ubi Blandinios 'ante annos septingentos' exaratos esse dicit, Pauly Quaest. Horat. crit. p. 6. suspicatus est vetustissimum saeculo VIII. exaratum esse; Mewes ('Über den Wert cett.' p. 24.) codicem V putavit ex archetypo quodam saeculi II. enatum recensione Mavortiana 'intactum' fuisse; Hoehn denique codicem illum non ante saeculum X. neque serius quam saeculo XI. scriptum esse coniecit. qua in re vehementer dolendum est, quod illi suas sententias certis argumentis confirmare nec voluerunt nec valuerunt, quamquam mirum esse

non potest, quod in tam contrarias partes discesserunt. nam magnum sine dubio opus est atque arduum quasi e longinquo aliquid certi ibi eruere, ubi vel ipse testis ac spectator nequaquam ad certum semper perveniat iudicium. ceterum Hoehn unus et solus ex illis (p. 25. et 53.) accuratius atque subtilius in hanc rem inquirere studuit, ita tamen, ut ad sententiam suam stabiliendam duobus initeretur locis, quos summa cum cautione adhibendos esse ex eis adparet, quae supra disputavimus. extant enim hi loci ad Sat. II 3, 208., ubi legitur: '*qui species alias vero scel.* ...... Codex antiquissimus Bland. habet, species alias veris ...... equidem Bland. codicis lectionem typis mandari maluissem propter vetustatem, sed S littera maiuscula ademta sequenti dictioni, adscripta erat praecedenti,' et ad C. III 8, 5., ubi haec verba leguntur: '*docte sermones.* ...... sermones in Bland. codicibus per I maiusculam scriptum erat, quod fere vel eis, vel es notat (!) ......' cum igitur codex V scripturas 'veriS' per s maiusculam et 'sermonIs' per i 'maiusculam' praeberet, eum non ante saeculum X. neque post saeculum XI. descriptum esse Hoehn Wattenbachio duce 'haud temere conclusisse' sibi videtur. sed patet ex ambiguis obscurisque Cruquii observationibus res vel maxime diversas facili negotio effici posse, difficile autem unam alteramve probari ac tamquam veram satis demonstrari. quod autem ad istos adtinet locos, libenter concedo, priorem illam coniecturam, in codice V scripturam 'veriS' extitisse, veri similitudinis speciem prae se ferre; contra autem C. III 8, 5. ne id quidem suspicari licet Cruquium siglo 'Bland. codices'[37]) vetustissimum quoque complexum esse, ut praetermittam ex loco illo iam effici non posse, utrum re vera i maiuscula, quam Cruquius sibi invenisse visus est, an potius i, quae vocatur, Langobardica an compendii cuiusdam signum, residuum quoddam glossae suprascriptae, vel tale quid statuendum sit. quae cum ita sint, ea, quae reciperare negatum est, quaerere desinamus, ne malum, quod profligare studemus, intendamus potius atque augeamus.

Iam vero tu ipse litem diiudices. atque primum quidem, quod antea suspicatus eram fore, ut 'omnium' codicum scripturis in cognoscenda propria codicis V natura atque indole non multum iuvemur, id nunc conscripto omnium earum lectionum indice iam planissime eo quoque confirmatur, quod fere omnes illae lectiones vel pluribus vel omnibus ex nostris quoque libris manu scriptis

[37]) vide huius libelli p. 25 sqq.

exhibentur, paucissimae tantum (Sat. II 3, 211; ibid. 4, 62.) in minore extant codicum nostrorum parte. adparet autem scripturis tam communibus atque vulgatis Blandinium vetustissimum, cum ceteris codicibus comparatum, his ipsis libris neque inferiorem fieri neque superiorem. ceterum paullo supra sat multis argumentis confirmavimus Cruquium, ubi de 'omnium' codicum scripturis mentionem faciat, fere nulla fide dignum esse.

Quoniam igitur cognituri codicis V naturam reiecti sumus ad ceteras, quas congessimus, lectiones, primum orthographicam, quae vocatur, rationem accuratius respiciamus. ac fere semper vetustissimus ae pro e habuisse videtur, veluti C. III 27, 57. 'Europae' pro 'Europe', Sat. II 2, 106. 'rectae' pro 'recte', ibid. 6, 36. 'nouatae' pro 'noua te'; cf. etiam Sat. I 3, 7. 'Bacche' pro 'Bacchae'. porro passim exhibebat i pro e, e pro i: Epod. 16, 14. 'videri' pro 'videre', ibid. 51. 'ouili' pro 'ouile', Sat. II 6, 10. 'ille' pro 'illi', ibid. 7, 83. 'sibique' pro 'sibi qui', Ep. I 2, 33. 'atque' pro 'atqui'. deinde litterae i et y temere sunt confusae C. II 12, 13. 'Lycymniae', cf. C. II 7, 17; 17, 14; III 4, 69. (vide p. 39 sq.), fluctuatque codex ille inter c et t, veluti Sat. I 1, 109. 'at' pro 'ac' legebatur in eo, ibid. II 3, 189. 'at' pro 'ac', Ep. I 18, 20. 'Minuti' pro 'Minuci.' litteras o et u saepius in hoc libro inter se commutatas fuisse Cruquius ipse diserte testatur ad Sat. II 6, 77: '...... omnes Bland. habent, vicinos. qui nominandi casus est, ...... antiquo more scriptus, pro vicinus: quae scribendi ratio in iis codicibus frequens est, praecipue in vultus et vulgus ......', (sine dubio dicere vult, in vetustissimo scripturas 'voltus' et 'volgus' extitisse;) cf. Ep. I 13, 14. 'glomos' pro 'glomus', ibid. II 2, 22. 'epistula.' idem habet p pro t (Sat. II 3, 251. 'primus'), t pro f (Sat. I 2, 12. 'Futidius'), f pro l (Sat. I 5, 34. 'Fusco'), t pro i (Sat. I 7, 20. 'intus'), s pro r (Ep. I 16, 7. 'cursu' pro 'curru', ibid. 18, 15. 'rixatus' pro 'rixatur'), l pro r (Ep. II 2, 123. 'calentia'). inveniuntur denique lectiones 'Iolchos' pro 'Iolcos' (Epod. 5, 21.), 'tinquere' (C. IIII 12, 23.), 'intellegit' (Ep. I 9, 1.), 'quoi' (Ep. II 3, 426.). quibus scripturis collectis nescio, num ex eis ad definiendam codicis V aetatem quidquam certi elici possit. nam aliae bonam prodere videntur antiquitatem, aliae, corruptae quidem, e codice maiusculis litteris scripto fluxisse videntur, aliae — eaeque plures — in codicibus vel recentissimis frequentes reperiuntur; omnes autem quin in libros quoque deteriores, velut in codices nonnullos saeculi XV., irrepere potuerint (atque re vera tales scripturas in libros ea aetate conscriptos irrepsisse constat) quis est,

qui dubitare velit? itaque ex rebus, quas vocamus, orthographicis neque de virtute neque de aetate codicis V quidquam certi potest concludi.

Liquet etiam tabulam ab Hoehnio p. 51. propositam, 'unde non inter ternas, ut voluerit Keller, sed inter septenas (?!) fere unam falsam extare codicis V lectionem' efficiatur, nequaquam argumenti loco proferri posse ad demonstrandam libri illius integritatem atque virtutem. nam si Cruquius omnes, quae a vulgatis discedebant, lectiones diligenter adtulisset, tum certe alia ratio atque condicio inter veras et falsas lectiones esset statuenda.

Quae cum ita sint, videamus, num liber Blandinius ipsa lectionum suarum indole ceteris Horatii codicibus excellat. qua in quaestione instituenda quisque, opinor, concedet neglegendam esse scripturam, qualis legitur ad Sat. I 3, 131: '*clausaque taberna.* ustrina, habet codex antiquiss. Bland.' nam lectio 'ustrina' orta esse videtur neglegentia Cruquii, qui in discernenda prima et secunda manu, id quod supra exposui, parum accurate versabatur[38]; cf. Sat. I 6, 68., ubi iam Bentlei haec notavit: 'Sane vir probus videtur fuisse Cruquius; neque temere fides ei detrahenda est: sed vereor, ne non fuerit a prima scriptoris manu τὸ nec, sed a correctore interpolatum: qua in re, quae maximi quidem momenti est, subinde annotanda nimium ille securus et indiligens erat.' — scripturas autem: 'habili' (C. III 19, 24.), 'purpura' (Epod. 2, 20.), 'Futidius' (Sat. I 2, 12.), 'quo' (Sat. II 8, 53.), 'Clusinos' (Ep. I 15, 9.) aliasque ut meros errores librario, qui codicem V conscripsit, condonemus, quippe quod nusquam terrarum reperiatur codex, qui eius modi vitiis prorsus careat.

Quae vero certe genuinae habendae sunt lectiones, hae sunt: Sat. I 6, 126. 'fugio campum lusumque trigonem', ibid. II 3, 313. 'tantum', Ep. I 16, 43. 'res sponsore', ibid. II 3, 237. 'et'. adicere possumus eas lectiones, quae, etsi non exhibeantur in solo codice antiquissimo atque paucissimis insuper libris, tamen in minore tantum nostrorum codicum parte leguntur Sat. I 7, 17. 'pigrior', ibid. II 3, 317. 'tantum', Ep. I 10, 3. 'at'. fortasse etiam Ep. II 1, 168. forma 'accessit' pro antiqua atque genuina scriptura habenda est.

Contra interpolatoris manum produnt hi loci: C. IIII 6, 28. 'laetus', Sat. II 5, 87. 'ut sic', Ep. II 2, 80. 'cantata'. quibus addi

[38]) vide Acr.: 'Alfenum Varum Cremonensem deridet, qui abiecta ustrina (Keller: 'abiecto sutrino', Bentl: 'tonstrina'), quam ('quod') in municipio suo exercuerat, Romam venit .....'

possunt lectiones: C. IIII 7, 17. 'vitae', Epod. 10, 19. 'sinu Notus', Ep. I 15, 16. 'dulcis', ibid. II 1, 167. 'in scriptis', ibid. 2, 32. 'opimis'.

Iam vero quaerendum nobis est, num pravas illas lectiones cum Kellero tanti habeamus necesse sit, ut neglectis, quae sunt peculiares codicis V, genuinis scripturis statuere debeamus hunc librum ut omnium deterrimum plane neglegendum esse[39]. qua de re iam viri docti tam multa disseruerunt, ut triste illud libri V desiderium veteremque dolorem refricare nunc quidem fere superfluum possit haberi. nam luce clarius est, nequaquam locos deesse, quibus Cruquius eiusque codex vetustissimus ad textum emendandum utilissimi sint. adparet quoque codicem illum plus semel eis potissimum locis, ubi ceteri libri fere omnes, ut Horatii verbis utar, proiecta viliores sunt alga, incorruptam et infucatam nobis servasse scripturam. denique liquet peculiares illas lectiones tanti pretii esse, ut codicem V locis illis primum omnium ponere atque in universum huic libro dignitatem suam vindicare debeamus.

Fuit liber vetustissimus certe unus ex bonis codicibus Horatianis dignusque videtur, qui suo reddatur honori. ob hanc causam dolendum est quam maxime, quod, cum non integro codice nobis uti liceat, tam manca tantummodo atque incohata potius quam perfecta eius collatio nobis servata est. nam restant nonnullae lectiones, quae cum per se ferri possint atque a compluribus editoribus receptae sint, tamen non confestim propter 'vetustissimi auctoritatem' erunt probandae, cum praesertim, si Cruquii fidei atque doctrinae innitimur, quasi labantem ponticulum ingrediamur, ex quo, ne inproviso praecipitemur, quam maxime vereri debemus[40]. periculosum enim profecto opus esse videtur veras et certas codicis V lectiones ex Cruquiana farragine colligendi atque recuperandi. nam primum scimus Cruquium in scripturis adferendis saepe paucas tantum litteras, non verba ipsa respexisse. deinde notum est eum hic illic lectiones, quas alii codici deberet, alii cuidam per errorem adtribuisse. neque desunt exempla, quibus probetur eum codices suos hic illic ne legere quidem potuisse. constat denique iam antiquis temporibus librarios haud raro singulis litteris permutatis, syllabis perperam sive distractis sive coniunctis similibusque vitiis deforma-

---

[39]) cf. Epilegg. p. 800—835.

[40]) Sunt vero hi loci: C. IIII 6, 21. 'flexus', ibid. 28. 'Agylleu'. Sat. I 1, 108. 'qui nemo ut', ibid. II 3, 189. 'at', ibid. 8, 88. 'albae', Ep. II 2, 16. 'laedit', ibid. 3, 426. 'quoi', quibus adicias: C. IIII 4, 73. 'perficiunt', Sat. I 3, 60. 'versemur', ibid. II 4, 44. 'fecundae'.

visse sanam germanamque scripturam. qua quidem pravitate inde a Caroli Magni tempore et Horatii et aliorum poetarum Latinorum, velut Ovidii et Propertii, libri magis magisque sunt corrupti ita, ut nunc variantes, quae vocantur, lectiones haud raro inveniantur vel maxime diversae, quae primo tamen adspectu perinde videantur elegantes atque poetis dignae. quid quod correctores, non contenti in margine vel inter lineas adscripsisse plurimas novas lectiones, etiam in ipso textu saepe pristinis scripturis erasis suas induxerunt interpolationes, atque rasurae illae et correcturae tam subtiliter sunt factae, ut facile fefellerint oculos vel eorum, qui his temporibus codices perscrutandi munus suscipiunt? num tu igitur putas Cruquium eum fuisse, cui in tali rerum condicione fidem tribuere liceret?

Quid ergo? nonne caveamus necesse erit, ne forte fraudi veri speciem inponamus neve codicis V auctoritate capti in Horatii verbis constituendis Cruquii collatione tamquam gubernaculo utamur? quem in errorem ne editores nonnulli et interpretes nostrorum temporum inciderint, equidem vel maxime vereor. nam cum Cruquium ut testem interrogare eiusque fidem explorare neque didicissent neque suscepissent, iam, quascumque lectiones in Cruquiana farragine deprehenderant, has in usum suum vocare non dubitabant, antiquam atque genuinam libri V scripturam illis servatam esse clamantes. nimirum hac via progredientes similes sese praebebant homini cuidam credulo, qui iam totam, de qua quaeritur, rem sibi comperisse videtur, si modo alterum quendam quasi e longinquo de re illa blaterantem eiusque mancam et lacunosam audivit narrationem. textum autem Horatianum non cautius recensuerunt, quam ipse Keller id fecit, qui quidem, cum vehementer in codicis Blandinii 'quisquilias' invectus esset, tamen ex certis, quas congessimus, ducentis quinquaginta lectionibus Blandiniis centum quadraginta recepit, quinque in dubio[41]) reliquit. — quae cum ita sint, laudabilis illa veri inveniendi cupiditas ubique intra fines legitimos coerceatur necesse est. quod nisi fuerit, non modo illos 'duodecim fere nodos,' quos in Horatio relictos esse F. A. Wolf aliquando dixit, non solvemus, sed etiam vagis dubiisque opinionibus ducti praesidium extruemus inertiae potius ignaviaeque, quam contra inepta temptamina propugnaculum.

---

[41]) Bentlei probavit ex certis illis scripturis CXXXVI, Mueller CLVI, Haupt totidem, Vahlen CLVIII.

Id unum autem semper probe tenendum erit, ut quo pauciores ex nostris codicibus alicubi eandem vel similem quandam exhibeant scripturam atque collatio a Cruquio instituta, iam eo minor huic tribuenda sit in emaculandis Horatii poematis fiducia. sed cum certo certius sit librum Blandinium ad Horatii verba emendanda maximi esse momenti, locis, ubi quid in libro V scriptum fuerit explorari potest, collatione illa utare sano iudicio ita, ut neque nimium ei tribuas neque eam iusto minoris aestimes.

Itaque iam finem huic disputationi inponam necesse est libellumque hunc, in quem me multum laborem inpendisse testor, e manibus dimittam. vade igitur liber valeque alacerque progredito aequis commendatus censoribus. qui si non inutilem operam in hac quaestione me posuisse dixerint, quantum tu mihi adferes gaudium.

---

Addenda. p. 10. in verbis ex editione a. 1565. deprömptis pro: '...quia in viis, villis et sacris fiebant' lege: '...quia in viis, vicis, villis ei sacra fiebant'. — p. 33. med. adde: C. II 19, 23. '*Rhecum* (in edd. aa. 1597. et 1611: *Rhoecum*). sic habet cod. Bland. antiquiss. sed non sine litura: quam lectionem seruandam habemus ex Apollodoro, lib. 3.'

# VITA.

Natus sum Riccardus Cornelius Guilelmus Kukula Aemonae a. d. VIII. Cal. Apr. a. 1862. patre Guilelmo, nunc rectore c. r. scholae realis, quae est in vico II. Vindobonensi, matre Cornelia e gente Suppantschitsch, quos quod adhuc vivos mihi venerari licet, vehementer gaudeo. fidei catholicae addictus sum. primis litterarum elementis domi inbutus m. Octobr. a. $18\frac{71}{72}$. a rectore doctissimo Jacobo La Roche in primam gymnasii Linciensis classem receptus sum. potquam hieme a. $18\frac{75}{76}$. discipulus factus sum gymnasii Pragensis, quod A. Bauero rectore floret, m. Jul. a. 1879. maturitatis testimonio munitus sum, optimis Antonii a Leclair, Joannis Alton, Eduardi Philipp, Leopoldi Eysert exemplis ad philosophiae potissimum et litterarum antiquarum studia incitatus. anno deinceps civibus Academiae Carolo-Ferdinandeae Pragensis legitime adscriptus, interfui scholis VV. DD. Stumpfii, Martyi, Linkeri, Peterseni, Hilbergii, Rzachii, Schuberti, Kvičalae. sed a. 1881. tumultibus illis Kuchelbadensibus factis cum omnes vidissemus fore, ut ii, qui sermone Germanico uterentur, in universitate illa celeberrima iam non sine permultis incommodis vexationeque ingenti in studia possent incumbere, cum parentibus meis aliisque multis litterarum studiosis Vindobonam migravi, ubi nunc quoque domicilium ac sedes habeo. hic igitur docentes audire licebat VV. CC. Zimmermannum, Vogtium, Brentano, Gomperzium, Benndorfium, Hirschfeldium, Gitlbauerum, Heinzelium nec non Emanuelem Hoffmannum, Schenklium, Hartelium, quorum seminarii philologi per tria semestria sodalis fui ordinarius. quibus viris omnibus neque minus illis, qui antea litteras me docuerunt, gratias ago quam maximas semperque gratiam habebo. in primis autem permulta debeo beneficia magistris carissimis Carolo Schenkl et Guilelmo ab Hartel, quippe qui per magnum temporis spatium studia mea summa cum benevolentia sublevaverint atque promoverint.

WIDENER
BOOK DUE
MAR 29 1989
CANCELLED

Lh 9.478
De cruquii codice Vetustissimo.
Widener Library 002414172
3 2044 085 203 891